aute credentiū erat cor vnū et aīa
vna. ſ desit. voluntatis concors affec
tio, et mens per caritate omniam
coadunata. quo ēm plenores fuerunt
m gracia. caritate et ceteris donis
spūs sancti. eo m omibus concordiores
extiterūt / Quēadmodū namq̄ ex
humane mentis ip̄fectione gignatur opi
nionū diuersitas et affectionū distor
dia. ita ex gracie et caritatis confor
tacione. procedit assercionū et desi
derioū paritas: / Ideo hac vnitate
suoq̄ per caritatem. cui⁹ est vnive;
orauit saluator ante passione iohis
iiº, Pater sancte serua eos m nōie
tuo quos dedisti michi: vt sint vnū
sicut et nos. et sint consumati in vnū.
In quibus ip̄leta est q̄d dns ihēmie
32º dns pollicet: Dabo eis cor vnū
et viam vnā. et letabor sup eos cū
benefecero eis /: Ner quisq̄ eoz que
possidebat. quicq̄ suū esse dicebat.
sed erāt illis oīa cūia / Caritas nēpe
quo p̄fectior. eo liberalius se effundit. nec que sua sūt querit.
Et quante quis spūtalia dona habet
q̄ bona sinceritus appetit et exquirit.
eo mino curat terrena Cū hac
aute permixtue etēne sacratissima
conuersatione. claustralia vita fun
datur. que et vita beatoū m patria
imitatur. m qua oīa sūt communia:/
Et virtute magna r fortī et effi
cati p̄dicatione. atq̄ potenti mira
culoq̄ operatione/: Reddebant apli
testiom resurrectionis ihu xp̄i /
Ideoq̄ de resurrectione specialē
fecerūt mentionē. qua et illa mor
dibilior videbatur. et m ea ceteri
mrtirebant. ō. passio assensio:
Et gracia magna erat m omibus
illis, tam m aplis q̄m m ceteris di

cipulis. Neq; em quisq; egens erat inter illos. qua sufficiencia. nō superfluitate habebant. iuxta illud proverbiorū. 30°. Mendicitatem et diuicias ne dederis michi. tribue tantū victui meo necessaria ¶: Quotquot em possessores agrorū aut domorū erāt vendentes. afferebant pretia eorū q vendebant. et ponebant ante pedes apl'oz /: Per quod monstrabant se despicere ista terrena. atq; plenissia fide supna inquirere /: Diuidebant aute singulis. prout vniq; opus erat. ℣ necesse et vtile: Hug vite figura in filiis rechab patet. rechabitarū preceptū filiis suis non habere vinū. nec edificare domū. nec seminare agrū. nec plantare vineas. ℟ habitare in tabernaculis / Denique hec electissima plebe primitiue ecclesie vere impletū est. quod in xpi aduentu futuri. deus psalmo. 32°. predixit / Sedebit populus in pulchritudine pacis. et in tabernaculis fiducie. et in requie opulenta. Sophonie 3°. Reliquie israel non facient iniquitatem nec loquentur mendacium. quia ipsi pascentur et requiescent. et non erit qui exterreat /: Ioseph aut qui cognominatus est barnabas ab apl'is. quod est interpretatū filius consolationis / Que ita cognouerunt sancti apl'i. quia et ipsi et ceteri credentes de conuersione et magna gratia hug ioseph. plurima congaudentes fuerunt / Erat nanq; persona notabilis et ad aliorū instructionē bene disposita / Deo subdita: Leuites. qui de genere sacerdotali: cyprius genere / idest in insula cypri natus. cuius parentes pro captiuitatem et dispersionē ad illu

deducti sunt locū /: Cui habenti agrum / Quamus em nō licuit leuitis hereditaria bona in ppria terra. de sacrificijs sustentabant. Vendidit eū et attulit pretiū. et posuit ante pedes apl'oz: proprietati resignans. et apl'oz voluntati dispensatione cōmendans / Iste est barnabas comes pauli nō ille qui sup dictus est cū mathia statutus: Postremo. qđ dictū est. multitudinis credentiū erat cor vnū et anima vna: quamus ab omnibus cōsiderandū et imitandū. atq; implendū sit xpianis: potissime tamen a religiosis. qui apostice perfectionis vestigia sectari professi sunt / Clausum quidem sicut auctoritatis habemus. si pacis concordia. caritatisq; vnitas assit: sunt paradisus dei in terra. et habitantes in eis sunt angeli. Qui vero desuerunt sunt miserandi. et habitatores diaboli.

Eiusdem cap'li. quinti. Vnus autē quidā nomine ananyas. act. 1°. 4° tus

Sicut in veteri testamento quidā impius ac prophanus legis mosayce ob eius transgressionē diuine punitus legitur. vt filius achaon qui combusti sunt eo q ignem alienū offerrent. et alter qui ligna collegit sabbato. quatenus preceptorum auctas monstraretur / et alij ad obseruancia diligenciorē inducerentur. pateretq; quā salubre esset legi obtemperare diuine. quā impium et damnabile non parere: Ita in euangelica actuū lege. tm q euangelice legis sinceritati derogantes. terribiliter sunt plagati / quod in primario huius capli exemplo ostenditur ¶ Vir autē quidā nomine

= poterit videri / de quib⁹ ihēmie 34. habet / quicad quadā rechabdak filius rechab pauerunt

anamas ai / zaphira vxore sua ven / didit agru. et fraudauit de pcio agri / ¶ Quare autem petrus sibi fraudulenter seruando. qua totam tenebatur in co / mune vsum proferre: consciu vxore sua. nam ea sciente et consentiente factu est hoc / ¶ Et affeuens partem pretij ad pedes aplorū posuit. Quat aute petrus: cui istud per reuelatio / nem diuina motuit / ¶ Ananiā: cur temptauit. ¶ Qui temptationem induxit ac suggessit: sathanas cor tuu: ¶ Vel. ¶ Cur temptauit. ¶ cur ita peccasti q deus sic te reliquit vinci? / ¶ Exigen / tibus em pcedentibus mis peccatis. frequenter dure temptam. et in temp / tatione a deo iuste relinquim. / ¶ Mentiri te spiritu sancto. ¶ nec fidelitatem nedeitate ei seruare / ¶ ad eum mentiri iuuia: ¶ Nec omis qui fran / git votu spiritui sancto mentitur / ¶ Quia aute societatem illius printie erthe mfredebant. tenebant diuerse in communi / ¶ Nonne manens mane / bat tibi. ¶ nonne ager nondū venditus tuus erat / ¶ Et venditus erat i tua pate / ¶ spacia seu hereditaria bo / na agri istius post venditione fuit in tua voluntate qūtu ad pretiū venditi. ¶ Et hoc referendū est ad tpus pcedens votu presentu / ¶ Quare posuisti in corde tuo hanc rem: ta / ciam per consensu / ¶ Non es men / titus hoibus sed deo / ¶ Ananias iste corpo quo parte pretij ante aplos po / suat facto. asserut agru nō nisi tanti venditu esse. sic q mentiebat homib9 / ¶ probabile quoq est q vxoi sue forte et emptori ac testibus comisit. ut di / cerent idem / ¶ Verū consuetudo scp / ture est ut ac aliquid fit duobus nom / biliter in dignitate seu qualitate distincte / a maiori tm̄ facta dicat. sicut et moyses ayt uidens. ¶ Non contra nos / est murmuratio vra. sed contra dnm. / temq aplos. ¶ Non est nobis colluctatio / aduersus carnem et sanguinē. sed ad / uersus principes et potestates / silit / mamas nūc dicat. no mentitus ho / minibus. sed deo: q illis nō solū sed deo principaliter est mentitus / ¶ Sed quo aliquis potest deo mentiri. que nemo fallere potest. ¶ Et in dendu: q deo mentiri est. ad sue eterne ve / ritatis iniuria cora illo falsū pferre / Interea notandus est hic ordo ver / borū. ¶ Primo em loquutus est petrus cur temptauit sathanas cor tuu. t mentiri te spūi sancto. ¶ Deinde sub / mtulit. non es mentitus hoibus sed deo: ¶ Ex qua auctē thomas in / suma contra gentiles probat q spūs sanctus sit deus / ¶ Audiens aute ananias hec verba cecidit et expi / rauit / ¶ Non magica arte hec fecit petrus ut fingit porphyrius: sed ex spū sancto loquutus est: et angelo dei. transfixorem mtus cedente extinctus est impius. ¶ Per hoc hoc crudelitatis sed equitatis. ad aliorū emendacione / sicut et vnū membrū ubstrndit ne totū corpus infciat. ¶ Operandiq potest q petrus sua prece tranfixori huic efficacia penitendi obtinuit que forte tam strucie correxit / ¶ Denique in scolastica historia legitur. q iuxta societate intrauit vt necessaria vite haberet sine labore: et sic aliunde malus et latro fuisset / ¶ Surgentes aute iuuenes / qui erat xpiam. amo / uerut eū. ¶ cadauer defuncti; et

sepelierūt/ ¶ Factū est aūte quasi ho
rarū trīū spatiū. et uxor ipsius
nesciens qđ factū fuerat intrōīt.
¶ Rndit aūte ei petrus. Dic michi
mulier/ ¶ Quomō mercatī huic pe
trus vndit. a qua mercedē rogatus non
fuit. ymo qua ipe mercedē tulit:
¶ Sed respondit ei ad opus non ad
questionē/ respondit em x conve
nienter seu cōuenienter locutus est/
ei ad factū ipius prout factū illud
exegit/: ¶ Si tanti agrū vendidisti/
sicut est pretiū ante apl̄os positū.
¶ Et illa. etiā tanti precise. ¶ Petrus
aūte ait ad eā/ ¶ Quid vtiq; conuenit
vobis temptare spm̄ sanctū dn̄i: idest
spm̄ scm̄. seu ipm̄ dn̄m dei. qui spūs
est/ ¶ Per vero fraudatio fuit equi
ualenter temptatio dei: quia tam
fraudulenter parte precij occultauerit
tam qz audenter mentitus fuit. qi de
diuina prudencia et dei sua dubitas
sent/ ¶ Ecce pedes eorū qui sepelier
uirū tuū ad ostiū sunt/ ¶ Forte enim
petrus audiuit reuenciū sonitum
vel in spū vidit quo essent. quēad
modū eliseus vidit giezi cucurrente
post naamā; quēadmodū etiā
ait apl̄us: ¶ Et si corpe absens sū
tamē spū pīsens sū. gaudens et vi
dens ordinē vestrū: ¶ Et efferent te.
quasi dicat. primus morieris et
ad sepulchrū ducēris/: ¶ Confestim
cecidit ante pedes eius. prostrata ab
angelo: et expirauit. ¶ Intrantes at
iuuenes inuenerūt eā mortuā. et
extulerūt et sepelierūt eā ad virū
suū/ ¶ Ppe corpus vnī defuncti/ fuit
em̄ consuetudo iudeis. vnos et con
iuges in eode tumulo poni/ ut con
iunctionē carnis sequēs cōiunctio
pulueris. et quia de costa viri facta est
mulier/: ¶ Et factus est timor mag
nus in vniuersa ecclia et in omēs qui
audierūt hec/. ¶ in ombus ℣ credē
tibus/ qui et extra ihm̄ erāt. ¶ Pse
tis autem macerabat timor veteres
alēs et filiales: ¶ Omēs vero cogni
ta dei vindicta: apl̄ice conuersatois
sinceritatē. diligencius imitari co
nati sunt/ ¶ Nam et ideo deus feat hāc
vltionem. ne alq̄ tale aliquid attemp
tarent/ timor namq; retrahit a pec
cato. quēadmodū in eēm̄ scripturā est.
¶ Per timorem vnusquisq; declinat a
malo:// ¶ Denīq; sicut veterū mo
nachorū vita et institutio a conuer
satione et paupertate primitue ecclie
sumpsit exordium. ¶ ita ex anania et
saphira. fratrū monachorū. qui dei
dicti sunt sarabaite. teterrimū genꝰ
cristiano testante exortū est. qui
magnā coram hominibus deuotionem
ac paupertatē simulantes. inter se clam
delicate vixerūt ¶ Postremo circa
hūc locū loquit̄ beda. Nulla ve hos
duos penitencia curauit passus est
petrus. sed ad timorem posteris
mutiendū. noxiū germen radicitꝰ
amputare curauit/ ¶ Ex quo patet
qm̄ detestabile et horrendū sit vitiū
ppietatis in religiosis/ qui vtiq; cum
gehenna paupertatem sint pfessi/
¶ ¶ Per manus aūte apl̄oꝝ fiebāt
signa et prodigia multa in plebe/
¶ Ly aut per manus apl̄oꝝ. intelligi
potest duplicit. Primo. qz p ipositio
nem manuū eorū fiebant signa. sa
nabant infirmi. iuxta illud marci
vltimo. Super egros manus ponent
et bene habebunt: ¶ Vel per manus
.x. per ptātem et gram̄ concessā apl̄is.

fiebant in vulgo miracula multa:
Et erant vnanimit omes in porticu
salomonis. Ibi em predicabat apli.
et alij oratoribus mstabant. De
porticu hac dictu est ca. 1o. 3o. Hinc
scriptu est luce vltio, Erant ssp in
templo laudantes et bndicentes deu:
Ceteroz aute nemo audebat se con
iungere illis. sitte: ne qd anamve et
coingi eis contingeret: eis quoq; acti
derent: sed magnificebat eos ppls/
tanqm dei electos in quibo dna emis
nata pclarissime emicabant. et in
vultu et in vita atq; in mirali nitedo
virtus et gra resplendebat. Ita et
multi usq; in pñs vere religiosos atq;
deuotos comendt. michilom in suis
carnalitatibus et vanitatibus pseue
rant vicios victi affectibus. Itaq;
in illis pmitie ecclie psoms constat
ipletu illud ysaie. 65o. Omes qui vide
rint eos cognoscet illos. quia isti sut
semen cui benedixit dns: Magis aut
augebatur in dño credencu multitudo
virog ac mulieru. Visis em tantis
prodigijs. et tam euidentibus indicijs
sanctitatis ac gratie spus sci. multi
cotidie vtriusq; sexus conuertebant
ad xpm. Quoz fidei magnitudo
subiungit: Ita ut in plateas ederet
infirmos et ponerent in lectulis et
grabatis / Grabbata aute sicut in
scolastica historia dicit. ppre dicunt
lecti sterna pauperu. in quibus nil
corpei substernit. sz tm supponitur
capiti sulstramentu: Vt veniente
petro saltem vmbra illius obumbra
ret quegea illoru et liberarentur ab
infirmitatibus suis / Mirabilis deus
in sanctis suis. qui dedit virtutem et
fortitudinem tanta apls potissie petro.
qui sint in miraculis priuilegiatus
qm primceps erat aplica agminis/
sicut et paulus in sapie dono. ppter
qd petrus ad pdicandu iudeis specia
liter missus est. paulus uero ad gtes
Nam iudei signa. greci sapiam quesie/
Vn et paulus testat/ Qui operatus
est petro in circucisione: operatus
est et michi inter gentes/ Et ut
dicut expositores. petrus maiora
fecit miracula qm xps. nec hoc deo
gratu xpo. qua no sua sz xpi virtute
petrus operatus est ca/ Hinc passioe
instante dixerat xpus iohanis. 14o.
Qui credit in me. opa que ego facio
et ipe faciet et maiora horu faciet
quia ego ad patre vado. Christus at
no euidenter legit. sua vmbra aurasse
infirmos sz vestimenti sui contactu.
Dicit aute vnu miraculu maius alio:
tam ex parte rei facte. vt suscitatio
mortui. maius erat miraculu qm
illuminatio ceci/ qm ex parte modi
agendi. et sic petrus maiora fecisse
dr qm xpus miracula/ Cui vere
bat aute multitudo virorum cum
tatu in ihrlm. afferentes egros et
vexatos a spiritibus immudis. qui
curabant omes/ Vnde certissimu
est/ innumerabilia fuisse aploru mira
cula. et de plurimis no nisi paucissima
esse conscripta. Nec hoc aliquis sic ce
diiudicet. cui et alijs quibusda sanctis
data sit tanta gratia operandi mira
cula. qd eoru numerus describi non
potuit. Verum. que deus operat. nullo
corrigere potest. Hinc reprobi unde
corrigi debebant. deteriorant. quo ad
modum pueri si iudei ex aploz operib
tam diuinis. iudicati sunt sacrilegi. sz
qd subditur 3o. Exurgens autem

petrus primceps sacerdotū et omes qui cū illo erant / concordantes eide m pseutione iustorū: que est hereſ saduceorū / .r qui cū illo exintes fue rūt heretici dicti saducei Sicut ei m noua lege vocant hereticī. qui no totā sacram scripturā recipiūt. vt manichei et montanisse vetus testa mentū negātes. Ita m lege moysi erant quidā heretici quīq; libros moysi tantū recipientes. non aute pphetarū scripturas. qui saducei vo cant. qui interpretant iusti. nam iustos sē nominauerūt. quā m iudi cando et puniendo fuerūt atrocissimi: sed qz nō iusti. imo valde iniusti fu erūt. dicti pnt saducei qi seducti. Dicunt aute saducei qi seducti. a sedech verbo hebreo ee qd latine dicat iustus. Vnde melchisedech rex iusti cie interpretatur. Vel saducei dicti sūt a sadoth sacerdote. de cuius semē natos se gloriabant: Porro hereſis grece scām bedam ab electione vocatur. qua quisq; sibi. spretis alioꝝ dictis quod sequendū putauerit eligit / Repleti sūt zelo .r inuidia. nam veritas parit odiū m cordib9 incouti tibilui. quēadmodū scriptū est / Non manat pestilens cū qui se corripit: Apostoli em pdicabant aiam esse i mortalē et resurrectionē futurā: esse quoq; et angelos atq; pphetas diuinitus inspiratos. que omnia saducei negabant / Et iecerunt manus in apostos. Vtiq; omes sicut ante in petrū et iohannē dūtaxat. Et posuerūt eos in custodia pub ca .r in carcere tui et manifeste rei ac cludebant ut tribus silēs putarēt / Angelus aute dñi per nocte. idest

prima nocte. aperiens ianuas carceris et educens eos dixit / Beda eudenter hic asserit. qd apli ianuis clausis educ ti sūt. Vñ in scolastica historia dicit Non est intelligendū. qd angelus ape ruit ianuas carceris non realiter sed ita eduxit apostos ac si ianue fuisset aperte. Et quedā glosa hic asserit. qd angelus aperuit ianuas carceris non realiter sed apparenter. qz eduxit eos tam libere per ostia clausa. ac si fuyssent aperta. quod per omipoten tia dei fieri potuit nō aute naturali virtute angelica que se ad hoc nō ex tendit. qd duo corpora simul sint i eode loco p penetrationē dimensionū / Qz autem ianue nō fuerūt aperte realiter verba paulo post subdita insinuare videntur sicut patebit / Ite et stantes in templo loquimini plebi oīa verba vite huius .r xpiane conuersationis seu xpi qui aut. Ego sū via veritas et vita. Qui cū audissent intrabant diluculo in templū et docebant Aduenies aute princeps sacerdotū et omnes qui cū eo erant conuocauerūt cōsiliū et omes seniores filiorū israhel. et misert ad carcerem ut educerent apli / Quia cū princeps et pontifex desiderauit factū apl'oꝝ. cotidie prospe rari. et plurimos a iudaismo ad noua legem conuerti. seruosissime intendebat quomō vniuersos apostos auferret de medio. Hinc magnū et celebre fert conuentū qi rem magna acturus / Verū. ut salomon ait. Non est sapia. non est sciencia. nō est consiliū. contra dñm: et quanto diuine pordinatiōi cor humanū prudentius. pfuptuosius3 resistē intitur. tanto omps deus quod detrectat gloriosius operatur /

¶ Cum aute veniſſent miniſtri. et apto carcere: ab ipſis miſtris ſeu cuſtodibus/ nō eū carcerem inuenerūt apertū ut ſtati dicetur./ ¶ Non inuenſſent illos. reuerſi nūciauerūt dicentes. ¶ Carcerem quidē mdeimꝰ clauſū cū omni diligencia: et cuſtodes carceris ſtantes ad ianuas/ ¶ Qua eū videbant iudei mtroduc. apłos tot mirabilia operari. cautiſſime eos clauſerūt. ne aliquo modo effugerent/ ¶ Aperientes aūt carcerem neminē mtus mdeprimus/ ¶ Ex quo elicitur. qꝫ clauſis ianuis egreſſi fuerūt apli/ ¶ Si eū angelus ianuas aperuiſſet. aut demo eas claſſiſſet/ ¶ Ut aute audierūt hos ſermones magiſtratus templi: videlicet. doctores legis et iudices/. ¶ Et principes ſacerdotū. ambigebāt. de illis quid nam fieret. v. dubitabāt quē exitū res haberet. et quid de aplis eſſent acturi/ ¶ Unde hor ayt beda. ¶ Aud pſeme iudee. certa ſtimularis mſania: ſuadentibus aplis dīas xpm de monumēto ſublatum/ dicit rogo eoſdem aplos de carcere tuo clauſo. cuꝰ fuerto credis ablatos? Veru mgemita malicia. cor pfidū mſignis manifeſtis obtenebrat/

¶ Adueniens aute quidā/ de iudeis mtroduhs: nūciauit illis. quia ecce viri quos poſuiſtis in carcere: ſut in templo ſtantes et docentes populū./ ¶ Si apli aduerſarios timmiſſent. non in templo ſteriſſent/: ¶ Tunc abiit magiſtratus cū miſtris .v. multitudo ſubditorū ſuperiorū cū ſubditis. ¶ Et adduxit illos/ puta aplos: ſine vlla vi/ ad principē ſacerdotū/

¶ Timebant eū populū ne lapidarentur/ ſi violencia aliqua mferret aplis quos vulgus deuote audiuit: ¶ Et cū adduxiſſent illos ſtatuerūt in conſilio: et mterrogauit eos princeps ſacerdotū dicens/ ¶ Precipiendo precepimus vobis. ne docereris in nomine iſto. videlicet. in nōie ihesu nazareni: ¶ Et ecce repleſtis ihīm doctrina ſua/ ¶ Et ihesus iſte ſit rex messyas. filius dei. mundi ſaluator. iudex vniuerſoꝝ/ ¶ Et vultis mducere ſup nos ſanguinem hominis iſtius/ ¶ Hoc duplicit mtelligi potest/ ¶ Primo. Volūtis oſtendere qꝫ rei ſimus hominidij: hoiem innocentem pdurendo ad mortem: ¶ Secundo vultis mducere ſup nos vindictā ſanguinis huꝰ: quem a nob nouiter fuiſſe asſeritis/ ¶ Primo mō auguſtinus mtelligit. ita qꝫ iudei qui mimici volebant videri a morte xpi. ideo obtemperauerūt eū iudici pylato atqꝫ dixerūt. nob non licet mterficere quemquam/ ¶ Quasi princeps hic ſacerdotū. nunc quaſi oblitus fuit. qꝫ ad pontificū mſtigacione totus pplꝰ iudeoꝝ clamauit: ¶ Sanguis eius ſup nos et ſup filios noſtros: ¶ Respondens autem petrus et apli dixerūt. ¶ Obedire oportet deo magis qꝫ hominibus. ¶ Hoc ſup capto. ꝯ exposituꝝ eſt/ ¶ Primo. ut aut mterpres quida et ſcolaſtica hiſtoria. ¶ Omnes apli. verba iſta vnanimiter proferebant ex feruore et zelo. nō patientes vnū pro oībꝰ loqui. ¶ Dubiūda tn appareret. qꝫ ſolꝰ petrus verba hec protulit. quibus prolatis. alii verbis et ſignis annexi/ alīs videret ibi fuiſſe verū confeſſio/ ¶ Veruntamen iſtud non repugnat. primo pbabile eſt. qꝫ petro reſponſione multo ante et pfequente. alii exferuore

aliqua verba miscebant. eadē affir
mando. quod et in iudeis accidere
solet. nō tamen mordmate. sed valde
id modeste fecerūt/: Deus patrum
nostrorū suscitauit ihm quē vos
interemistis suspendentes in ligno/
manibus militū / Quam parati fue
runt isti nūc mori pro ihesu. q̄ tpe
sue crucifixionis. omēs simul fugerunt
ab eo/: Hunc deus principem et
saluatorem exaltauit / in resurrec
tione et ascensione/: Dextera sua/
.v. sua gratiosa potentia. ac pia as
sistentia / vel in dextera sua eū po
nendo / Est aute xp̄us princeps tot⁹
militantis ac triumphantis ecclesie/
de quo ysayas p̄dixit. Vocabitur
nome eius admirabilis consiliarius
deus. fortis. pater futuri seculi. prin
ceps pacis: De quo apocalyp̄s primo
habetur / Qui est testis fidelis pri
mogenitus mortuorū. et princeps
regū terre / Istiq̄ exaltauit dñs. vt
sit caput ad ecclesie/: Ad dandā peni
tentiā .v. locū tempus et gratiam //
penitendi / seu penitentie sacramen
tū atq̄ virtutem/: Israhel /.v. ipso
israhel. primo et tunctis hominibus :
In remissione peccatorū / que per
penitentia ipetrantur / Propter q̄d
post resurrectionem xp̄us p̄hibuit
luce vltimo. Oportebat xp̄m pati
et resurgere tercia die. et p̄dicari
in nomine eius penitentia in remis
sionem peccatorū in omēs gentes /:
/: Et nos testes sumus horū verbor
.v. veru signi ficatiue per verba her
.b. resurrectionis ascensionisq̄ xp̄i /
Verbū aute quandoq̄ accipit pro
interiori mentis conceptu / sicut
et ibi. In principio erat verbū.

Quandoq̄ pro ymaginaria similitudine rei /
intelecti pro uerbo uocali. Vicissim pro re
uerbis expressa. quēadmodū .e. reg⁹
loquit ezechias. Non fuit verbū in
domo mea quod nō ostenderim eis /
/: Et spūs sanctus / est testis horū. per
nos loquendo et mirabilia operando
in testimoniū euangelice p̄dicationis.
Propter q̄d xp̄s p̄dixit iohis .i⁹. Cū
uenerit paracletus quē ego mittā
uobis a patre spūm veritatis qui a
patre procedit. ille testimoniū phibebit
de me/: Que dedit deus omnibus
obedientibus sibi /.b. nobis et con
discipulis nris in signo visibili /
Nullius tñ deo virtuose obedit. nisi
per p̄uenientē gratiam spūs sc̄i. sed obe
dientibus datur spūs sc̄us p mēmeta
suoz carismatū/: Quo⁹ cū audissent /
p̄fati principes uidelicet /: dissecabant /
vehementer fremētes ac indignātes
contra apl̄os. tam auctoritatiue et
sine pauore loquentes/: et cogitabāt
interficere illos / In malignā quippe
eoz aiam nō introierunt sapiencie
verba / et contumaces sua reprehen
tionē nō sustinet. Et odiunt corripere
/: Surgens aute quidā in consilio pha
risei / eo modo quo et paulus mēt
testat. ego pharisei sū / nam anteq̄ amb⁹
xp̄i fidem susciperent. ambo erāt de
secta hac. quātū ad obseruancias ei⁹:
Nomine gamaliel / .i. ad cui⁹ pedes
instructus est paulus: Legis doctor
vir honorabilis vniuerse plebi / qua
iam diu fuit honeste conuersationis
et vita concordabat doctrine in p̄po/:
Iussit foras ad breue homines fieri .v.
apl̄os iussit ad modicū temp⁹ egredi
et extra manere / Hoc eis p̄cepit
sciens in corde suo sibi eos p̄ponere.

seqz eoꝝ seruu ac discipulu reputa
ret. Verūtamē mstur uidentis locuꝫ
est. De quo refert clemens in quadā
epla. q fuit aplorū discipulus oc
cultus. sicut et nychodemus. et de
consilio aplorꝫ mansit inter iudeos.
vt eoꝝ contra fideles mitigaret fu
rorem. Dixitqz illis. Viri israhelite
attendite vobis sup hominibus istis
quid acturi sitis / x nolite precipitare
sententia. nec inconsulte istos oppri
mere. neqz ex passionis impetu ꝯqz
parere. Ad quod inducit duo exem
pla: Ante hos em dies extitit theo
das dicens se esse aliquē. x virum
magnu ac valentē: cui consensit
numerus virorū circiter quadrīge
torū. qui ostensus est. et oēs quicūqz
credebant ei dissipati sūt et redacti
ad nichilū / Non absolute ad nichi
lū. cū anime sint imortales et pma
materia incorruptibilis / Sed ad nichi
lu sūt redacti. quantū ad id quod
attemptauerūt. et de terra seu vita
ponti sublati sunt / Iste theodas
sicut in scolastica hystoria ex verbis
ioseph reputatur. dixit se esse aphaz
Ad cuius psuasionē. multi iudeorum
vendita omnibus suis et sublatis ex
urbe pfecti in ipm facultatibus. vene
runt ad ripas iordanis. et promisit se
post triduū diuisurū iordanem ut
transirent per aquē alueū sicco
pede. ut pre iosue: Et infra hoc tpe
triduū. Vementes militēs missi a
pside syrie pm occiderūt et multos
eoꝝ quos sedixit. caputqz eius
tulerūt ihrlm. Fuit aut theodas
magnus: Post hunc extitit iudas
galileus in diebus professionis x
generalis descriptionis. quando
ipperante augusto descriptus est orb:
ibantqz singuli ut profiterentur
in sua cuitate. subiectos se esse romā
pperio et capitis soluerent censum.
vt luce 2o habet: Et auertit po
pulū post se / Nam docuit populu
israhel. q ei esset ppetus dei. non
debere cū subdi romanis. nec eis
dare tributa. qua in templo deras
soluerent atqz primicias: et qua in
lege scriptu est. dnm deū tuū adora
bis. et illi soli seruies: Sed erravit.
cū hoc de seruitute latrie intelligat:
et spuali libertati. corporalis sub
iectio non repugnat / Militantibꝫ
quoqz pro bono reipublice. stipendiu
seu tributu debetur / Propter quod
dixit saluator. Reddite que sunt
cesaris cesari. et que sūt dei. deo /
Et ipe perit. et quotquot consen
serant ei dispersi sūt / Non em dina
virtute contra romanos roborabat.
sed pro suo errore succubuerunt /
Et nunc itaqz dico vobis. discedite
ab hominibus istis et sinite illos. qm
si ex hominibus est consiliu hoc aut
opus dissoluetur x si negotiu aplorū
humana calliditate confictu est. et
destruma eoꝝ mendosa est. magnifiqz
artibus initum. cito totū peribit
sicut illoꝝ duoꝝ / Si vero ex deo
est. no poteritis dissolvere illud. ab
stinete ergo ab illis eis. ne et deo
repugnare videamini /. Racionabi
lis prorsus fuit ista instructio.
pfecti cū probabilia valde. primo et
certa oīa signa apparerent. q aplorū
opus esset a deo / Consenserunt
autem illi. s. gamaliel / no tamē
in toto. qz in hoc consenserūt q dimi
serūt aplos. no aute in hoc. q eos pla

gellauerint et pdicare phibuerē. Et cōuocantes apl̄os cesū. r flagellatis: denūciauerūt ne loquerent in nomīe ihesu ad populū / aliquā laude digna. et dimiserūt eos ℣: Et illi quidē ibant gaudētes a conspectu consily. qm dignī habiti sunt pro nōīe ihesu contumelia pati / reputantes pfectione hāt esse papiud donū dei. queadmodū paulus thessalonicēs scribit. Nobis datū est. pro xpo nō solū ut ℊ credatis in eū. verūetiā ut patiamī pro illo. Hic ergo ipleuerūt apli qđ audierūt a xpo. Gaudete in illa hora et exultate. qm merces vra copiosa est in celis. Hinc ulterius habetur. Omne gaudiū existimate cū in diuersis temptationes incideritis Interea tū quelibet virtus habeat suū gaudiū sibi ānexū. pfectam patientiā habens in aduersitatū pressione. sēm sapiōrē qđ pauca letatur. Ita q̄ sicut gaudiū est iusto iusticia facere et humili subdi. sic patienti est gaudiū tribulari / Et vtiq; si xpm pure diligim⁹. gaudere debem⁹ q̄ ei per aduersitatū molestias conformam. quia et per hoc a pectatis purgam⁹ ad gram abundantiorem dispōimur. ad regnū celeste copendiosius pueniam⁹ / Ideo scriptū est pma petri. c.to Gaudentes xpi passionibus gaudete. ut et in reuelatione glorie eius gaudeatis / In oim ergo aduersitate. mordmatā tristiciā repellam⁹. et xpi passionem. ac multiplicē patientie fructum. oculis cordis stabilit. ꝓponamus. scientes q̄ omes qui placuerit deo. per multas tribulationes trāsierūt fideles. qui aute temptationes non receperūt. in timore dei et impatientia sua exterminati sūt / Omni aute die nō cessabant in templo et cata domos docentes. r publice et priuate / : et euangelizantes xpm ihm / In quo patet maria fortitudo fidei. caritatisq; feruor ipsorū. qui in regia pontificali q̄ urbe. nec verbis nec ictibus. potuerūt a dei opere prohiberi: et vtiq; nisi diuina pietate totū opus finisset fallaciū: mirū et incredibile videretur. q̄ primapes iudeorū. uel vno die permisissent eos in vna aut ciuitate sua metropolitana: sed ut dictū est non est consiliū contra dominū /

Explanatio capti vi. In diebus illis / actuū vi.

Quia hoc libro sanctus lucas primitiue ecclie statū ꝓposuit scribere. nō solū apl̄oꝝ facta et uerba enarrat. sed et ceteroꝝ fideliū post apl̄os papiorū. Et qm in ecclia post sacerdotes. constituūt et obsequiū diaconi: huic de ordinatione septē primoꝝ diaconoꝝ texit historiā: ℣: In diebus aute illis. crescente numero discipuloꝝ / eoꝝ videlicet qui per apl̄os iuertebant ad xpm: Christiani vero tunc generalis vocabantur discipuli. ut infra habetur. cotidie aute plurimi iuertebant. ℣: Factū est murmur grecoꝝ aduersus hebreos / Per grecos hic intelligūt. uel iudei in dispsione int gentes nati et educati. vel greci et aduene ex gentilitate iuersi et in ihm ꝺmanates ℣: eo q̄ despicerent in ministerio cotidia-

·6· dispensatione et administratione te/
porali et virtuali: vidue eor. puta
greco. / Ad triplicē intelligi potest.
Primo q hebrei in misterio cotidiano
viduas tanq̃ eruditiores. grecorū
viduis pferebant / et sic beda exponit /
2°. q vidue grecorū in misterio isto
minus gerebant. seu ad viliora agenda
deputabant. / 3°. q viduę grecorū
no tam bene ministrabant necessaria
ut viduis hebreorū / Sed cū superius
dictū sit. q multitudinis credentiū
erat cor vnū et aīa vna. et singulis
ministrabat sicut indigebat? quomodo
in tam sancto collegio inventa est ista
dissensio. Et videndū. q numero dis/
cipulorū crescente orta est murmur°
ista. no em omes eque pfecti fuerūt. et
in tanta multitudīe fuisse aliquos im/
fectos minus no est. imo ut clymacus
refert quida illorū sancti facti fuerūt hetici /
: Considerantes aute duodecim. ·6·. apli. /
multitudīe discipulorū dixerūt. Non
est equū nos deselmquere verbū dei /
·v· a pdicatione cessare / et ministrare
mensis ·v· victualiū corpis aīe minis/
tratione occupari / Spiritualia em
in tantū sunt pponenda. quāto
aīa corpore extat pstantior. et qui
ad sublimiora officia. diuinioresq̃ actꝰ
sunt instituti. no debent inmoderanter
et sine necessitate cura vilioza itendē
ne a principalioribus impediantur /
Quāq̃ melioza sint ferenda mentis q̃
ventris / Et ut rabanus ait. Hys
verbis ondit apli. epos et doctores
no debere corpalibus implicari dicente
apto. Nemo militans deo implicat se secu/
laribus negocijs. Hinc etiā iethro
dissuasit moysi. vt pesset pplo in hys q̃
sunt ad deū. et maioza diiudicat indica/
ret negocia / minora vero. substitutis
principibus iudicibusq̃ committeret / sicut
exo·18·habetur/: Considerate fr̃es
viros ex vobis ·v· de vro collegio: boni
testimonij ·v· fame honeste / plenos spū
sancto et sapiā ·v· euidenter virtuosos
et sufficienter eruditos. quantū humano
modo conici potest aut scire Hinc em
fuerūt ibi ampliores tanta gra decorati /
q certū fuit eos spū sco ipletos: septem
tot em ad hoc probabiliter videbant°.
ad opus ministrationis sufficere / Per quod
mistice figurat. q in diaconatu primo
uendi. debent septemplici dono spūs sci
ornari/: Quos Constituam sup h° opus /
administrationis corpalium: ut ipsi ea
ministrent. uel ministrantib9 presint / Nos
vero oration et misterio uerbi insistentes
erimus / Per misterium uerbi pdica
cio designatur / Vtinā prelati istri
attenderent. quanti iam plures plus q̃
oportet decet aut licet. circa tpalia
occupant in exteioribus versant°.
qua mente sint frigidi. nec in spualib9
exercicijs habent saporem / Hinc ef/
fundunt negligentes semipsos et sibi
commissos: Et placuit sermo coram
omni multitudīe / Qui malū murmu/
rationis optabant extingui. et
vt boni filij. patrū suoꝝ consilio tam
rationabili. celeriter acquieuerūt. q̃d
et cunctis subditis est pensandū ac pmit/
tendū / Cetera in verbis pfatis
notatur ordo in electione seruandus
Electio em primo fieri debet cū discre/
tione atq̃ concordia. quod notatur
: Considerate cū dicit. 2° ex caritate
ideo subdit fratres. 3° vnus de tre
mio eccie eligi debet. Hinc sequitur
ex vobis. 4to qui eligit debet esse /
bone fame q̃ primoꝝ edificatione

Actuū apl̄oz

Ca.m vi.tm

darco subiungit. bom testiom: Ito erāt virtuose conuersacionis quo ad dei ideo additur. plenos spū sco. Ito erāt in scripturis instructis. pp quod sequitur: et sapientia. Postremo talis debet esse. ut maius cupiat prodesse qm̄ posse. perpendens se pocius voca tū ad onus qm̄ ad honorem. darco annectitur: Quos constituam sup hoc opus. Et elegerunt stephanu plenu fide. que est virtus theologica: scz fidelitate. que ad iustica ptinet: Et spū sancto. Per quod insinuat auctus fuisse plenus virtutibus. Sed in primitiua eccl̄ia fides fuit specialit̄ commendanda tanq̄ fundamentū virtutū: Et quia tunc valde nec̄ria fuit fidei fortitudo. pter psecutores. Itemq̄ ob difficultatem subeundi intellectu articulis fidei. qd est racione in captiuitate redigē: Et philippu. Iste sto philippo diacono. mira scribit sublimia Vn̄ et ipe et ceteri qui sequunt plenitudinē fide ac spū sancti: Et prochor et nychanore. et thymone. et primā. et nycolaū aduenā anthiocenū. Nū ut fertur de gentilitate. fuit uersus ad iudaismū. Vel forte imediate ad xpianismū. et de anthiochia fuit. De quo occasione erroris sūpserunt quidā. in apocalipsi nycolaite vocati. asserentes mulieres debere esse coēs. quod et thomas in suma contra gentiles affirmat hūc nycolaū dixisse. Alii tñ dicunt. q ipe no dixit hoc. sed cū haberet mulierem pulcherrimā. et accusaretur de moderato amore ad eam. volens se excusare aut coram apl̄is. Exite coniunx mea. qui vult. ei ministrat. qđ vt isti asserunt ipe nō dixit ea mēte qua senserat vsu feminaru debere esse coem. ꝛ vt p hūiusmodi modū loquēdi se plenius excusaret. Unde quidam puersi ad mala ptinet. cuiusq̄ verba iuxta sua scīpiscentia mt̄ pretantes sūpserūt ex eis occasionem erroris:

Hos statuerūt ante conspectū apl̄oz. Puto aut̄. q et hī septem electi. etiā elegerūt. sicut in electionibus collegioz ac cenobioz. qui eligunt etiā eligunt:

Et orantes ipsi apli: imposuerunt eis manus. Secundū rubricā hic ordo seruandus est. vt scilicet p̄tus eligat. epūs ordinet. Et quia apli ad oracione et manus ipositione ordinauerunt istos diaconos. in ordinibus dandis fiunt orationes. et in ḡbus ecclesiē manus tpe ordinacionis ponuntur diaconis. In scolastica quoq̄ refertur hystoria. q horū septē primoru diaconoru. vite tpe erāt archidiacon̄i. pptereā instituti vt portent pondus negociorū: quatꝰ p̄dicatio ac doctrine libertius vacent episcopi:

Et uerbū dñi crescebat. ꝛ p̄dicatio apl̄oz fructificabat: Et multiplicabatur nūs discipulorū in ihrlm valde. quia plurimi credebant: Multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei. vocatione sua fidei subiugando. in quo elucescat infinita mia xpi. q illos conuertere dignatus est. a quibus tam iportune atq̄ crudeliter fuit expetit̄ ad mortē. In quibus specialit̄ est ipletus quod ante passionē xpūs p̄dixit. Cū exaltauerit fs filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Insuper aduertendū. q sicut in libro hor bīe lucas duoru principioz apl̄oz actus et verba specialiter prosequitur ac describit. videlicet petri et pauli. ita

et pdicto⁹ septe dyacono⁹. duo⁹ papiro⁹. verba artius⁹ p̄sequit̄. .s. stephan et philippi. no⁹ em̄ omnia scribere potuit: ¶Stephanus aute plenus gratia et fortitudine / ¶Paulo ante dixit eu plenu fide et spu sancto. nunc gra et fortitudine. vt monstret. sanctus stephanus fuisse vir aplice p̄fectionis // ¶Et qua iam ei⁹ mīstriu descriptum⁹ est. apte subiungit. q̄ fortitudine plenus fuit. tam illa que est virtus moralis et cardinalis. cui⁹ est in periculis mortis esse constantem. tam illa que est donu. cui⁹ est opib⁹ p̄fectionis ostanter insistere: ¶Faciebat signa et prodigia magna in populo / que scit lucras breuitati studens / sic p̄sequit̄ / ¶Surrexerunt aute quida de synagoga libertinor⁹ / isti iudei incredeli dicti sut libertini a regione de qua fuerut. vel qua manumissi. v libertati donati fuer / ut prius fuerut serui. sicq̄ condition⁹ erant filiis qui fidei restiterunt: / ¶Et cyrenensiu / a cyrene que est ciuitas libie sc̄dm bedam: ¶Et alexandrinor⁹. de alexandria vrbe egipti / ¶Et eor⁹ qui erant a cylicia et asya / q̄ sunt regiones vicine adinuicem: / disputantes cu stephano. Volentes probare q̄ ihesus non esset xp̄istus / in lege promissus: ¶Et no poterant resistere sapiencie / stephani: et spui / v spiritui sancto: qui loquebat̄ per stephanu / sc̄dm q̄d ait saluator. Non em̄ vos estis qui loquimini / sed spiritus patris vri qui loquit̄ in vobis / vel spiritui. v aie stephani que loquebat̄ / sicq̄ ipletur in stephano illa xp̄i promissio. Ego dabo vobis os et sapiencia cui non poterut resistere et contradicere omes aduersarii vri / ¶Tunc submiserut viros. s. falsos testes / : / ¶Qui dixerut se audisse eu dicente verba blasphemie in moysen et in deu / ¶Concitauerut regi. ita et milites / ita et cone xp̄m produxerut falsos testes iudei / ¶Et aute p̄actus puerorum. vt ei⁹ ratione pualere no valent. sic irrationabiliter couincere prospiciut. ad calliditates et violencias conuertunt. Hic efferunt et isti / ¶Commouerut itaq̄ .v populum et senes et scribas v iudices et doctores / ¶Et concurrentes rapuerut eu / et ipetu violento tanq̄ malefica: / ¶Et adduxerut in consiliu. et statuerut falsos testes dicentes: Homo iste non cessat loqui aduersus locu sc̄m et legem / v templo et legi moysi per verba blasphemie contra dicit detrahit / Audiuimus em̄ eu dicente. q̄m ihesus nazarenus hic destruet locu istu. et mutabit traditiones. v leges seu ordinationes et obseruancias: quas tradidit nobis moyses / ¶Etiam si stephanus hec verba dixisset. non fuisset blasphemia sc̄dm veritatem. sed sc̄dm iudeor⁹ istoru estimacione. Romam em̄ dina xp̄i pdicte destruxerut vrbem et templu ihrlm. ¶Cerimonialia quoq̄ legis xp̄us mutauit in melius. et alias dedit institutiones viuendi ac deu colendi q̄m moyses. Verum execrati iudei. putabant cerimonialia et iudicialia legis precepta post xp̄isti aduentu semp seruanda sicut moralia. ¶Fictilomin⁹ testes isti mentiti sut / quia vel stephanus verba ista no dixit. vel eu non dixit eo sensu quo ipsi ea apposuerut / ¶Hic em̄ ea apposuerut. quasi ihesus asseruisset se

legalia mutatiuae. quasi simplicē reprobans ea. uel quasi ea mutans / Christus vero uti no dixit nec stephan9, imo xp̄us testatus est matth. v^to. / Non uenī soluere legem sed implere. & p̄ficere / testimonialia ēm figuratiua fuerunt / que in xp̄o ꝓpleta sunt atq; in ecclesia / p̄cepta quoq; moralia. euangelicis p̄fert consilijs /: Et intuentes in eū omes qui sedebant in cōsilio. vide runt faciem eius tanq̄m facie angeli / & splendidissimā claritate ac mīro de core p̄fulsam / per quod intelle pfec / tionis magnitudo. puritas. et inocē / cia monstrabatur. In quo moysi pau / peratus est stephanus: Nam et moysi vultus p̄e splendore a iudeis aspici no valebat / In tali aut̄ et tanta maiestate ostendit deus iudeis ste phan vultū. vt conuerterent ad veri / tatem si vellent. Aut si nollent. de sua obstinatione inexcusabiliores at dāpnabiliores efficerent. Porro in scripturis canonicis no legitur homo vultū huiusmodi habuisse in terra cum hominibus: nisi xp̄us in tm̄ figuratiue. et moyses et ste / phanus. In quo magna valde stephi excellentia notatur /

Explanacio capti septimi dixit aut princeps. Articulus vn?

Dixit autem princeps sacerdotū. si hec ita se ha / berent / Quoniam accusato dandus est locus responsionis et ex / cusationis. princeps sacerdotum tanq̄m iudex constitutus est stephanus. an in sibi obiectis esset culpabilis: /: Nam aut. Viri fratres et pres au / dite / Sanctus stephanus responsurus verbis modestis ac blandis. exordio vsus est / qua ut scribitur p̄uerbioz. xv^o. Responsio mollis frangit iram: /: Deus gl̄ozie apparuit patri nr̄o abra / ham / Quatuor obiecta fuerunt stephano. b. blasphemia in deū. In moysen. In legem. In templū / Deo de hijs quatuor se excusat / Et primo de blaphemia contra deū. que deū gl̄oziē mutilat. q̄m in xp̄o est beatitudo et gl̄oria infinita. et ab xp̄o vita gl̄oziē profluit. ipe quoq; est maiestatis imāgo / /: Apparuit aut̄ abrahe ꝓsibiecta circa tua. b. angelus: Cū esset in mesopotamia / que est regio quedā / siladuq; ciuitatis sinonimū est nomē p̄prium ciuitatis. sicut sama ria. nūc p̄ro regno dicem tribuū. nūc p̄ro vrbe metropoli regni illius accipit / /: Priusq̄ moraret in charra / que sūq; hebreum est vrbs regionis mesopotamie. et genes. xj^o. dicit aram / Et dixit ad illū Exi de terra tua et cognatione tua. et veni in terrā quā monstrauero tibi / b. in terrā chanaan / Circa h^o dubia oriunt^r. Abraham nāq; originalis fuit de caldea. et de ea venit in p̄uinciam mesopotamie. deinde in ciuitatē illius nomine charran. Quo ergo ei de terra sua iam egresso. atq; in aliena posito. dicitur. Exi de terra tua / Licet gen xj^o legit^r. q̄ abraham cū p̄re suo thare habitauit in aran. que alio nomine dicit charram. et mortuo ibi thare patre abrahe. dns̄ p̄cepit abrahe. egredē de terra tua &c / Ad primū respondet triplicit^r. Primo sm̄ bedā & scolasticā hystoriā. q̄ licet iam egressus fuerat de caldea corpore. no tamē mente. qua adhuc tenebat^r spe at desiderio redeundi / debito p̄putatur ei. vt ecclā mente egrediat /

de ea. vt faciat pponat m ea no reuerti /
Secundo. iuxta augustinu. q mesopotamia est pars chaldee. et ita no fuit de tota caldea egressus sed de vna eius pte
intrant aliam / nunc ergo iubetur tota
relinquere / Tertio. vt q dicitur
Exi de terra tua. sic exponat. r longe
discede ab ea // Vel aliud respondet
Aug. quia uel bis iussit est abrahe exire de
terra cognatione q sua: videlicet
semel ante mortem patris sui / et tunc
ex causa racionabili distulit. forte vt
patri suo tamen sem. pro solacio et
exhibendo obsequio. maneret coniunctus
x° post patris sui dormicione / Vel
vt aliqui dicunt hoc q dicitur. Exi
de terra tua. per anticipationem est
dictu // Semel in hoc precepto abrahe
facto. misterialiter prefigurabatur. q
xpus postea per semen assumpsit. vt. s.
propter nem omia relinquant. etiam
parentes fratres sorores &c /: Tunc
exit de terra caldeorum / secundum ba
tu sensu nunc tactu. s. longius discede
do ab ea. vel partem eius deserendo:
Et inde habitauit in charra. Et inde
postquam mortuus est pater eius thare.
in carram. cu esset ducentorum quinq
annorum vt dicitur genesis xj°: tum
fuit. r ire preceptum: illu in terram
istam in qua vos nunc habitatis /
que dicit terra promissionis: Et
non dedit illi hereditatem in ea. nec
passu pedis. r nec minimam partem /
Nec obest q gen. xxiij°. scribitur. abra
ham emisse spelunca tu agro: sed
hanc partem titulo habuit empcionis
pro sepultura / non hereditate posse
dit ad tolendu uel habitandu /: Sed
repromisit dare ea illi in possessione:
Et / pro deest: semini eius / sicut di
cebat. qui du eosdem terram istam sunt
ingressi: Cu non haberet filiu. r
ante natiuitatem ysaac. ymo et ysma
helis. et hoc quantu ad promissione
primo factam / postea em ei istud pro
misit. sed prima scribitur gen. xij°.
longe ante ysmahelis generacione
Obiciunt autem lectori in genesi. deus
promisisse abrahe uel ysaac aut iacob
q daret eis hanc terram. respondendu
est ad posteritate nrorum /: Locutus
est autem ei deus / per angelu /
Quia erit semen tuu aduena. deest
filii tui peregrini erunt et aduene /
in terra aliena. s. in regione cha
naan et egypti /: Et seruituti eos
subiicient. et male tractabunt. annis
quadringentis triginta / Vbi gen
m° legitur / Deus locutus ad abraha
dicto, posteris. q peregrinu futuu
sit semen tuu. et seruituti eos subiicet /
et affligent quadringentis annis /
Porro hos quadringentos triginta
annos. computat ambrosius. a die quo
facta est ter repromissio abrahe /
usq ad exitu egipto / Quadringen
tos vero annos nonulli incipiut a
natiuitate ysaac. usq ad egressu eius
de egypto. Aliqui vero quia dictu
est abrahe / in ysaac vocabitur tibi
semen / Computant istos quadrin
gentos annos. a natiuitate ysaac usq
ad morte seon regis amorreorum /
et og regis basan / Interea quamis
dictu sit. q filii israhel aduene forent
in terra aliena et seruituti subiiciendi
ac male tractandi / non tamen
sensus est. q toto hoc tempore in
huius fuerint afflictione. sed pars
pro toto est posita. aut ecclesiast /
nam pro parte quada huius temporis

Actuū apl'oꝝ

Ca^m vij.^m

fuerūt afflicti in terra egypti:
Et gentem cui seruierint / puta egyptios: iudicabo ego / iudicio pumcois et condempnacois: dixit dns / nam submersit eos in mari rubro et statuit in inferno: Et post hec exibūt / de egypto seu heremo: et deseruient michi in loco isto. ō. in iudea / qđ tpe iosue ocuperūt: Et dedit illi / videlicet abrahe: testamentū / x pactū circucisionis / dicens gen. 17°. Hoc est pactū meū quod seruabitis: circucidetur ex vobis omne masculinū: Et sic genuit ysaac cū esset centū anoꝝ / Vt scribit gen. 21°. Erat aute nonaginta nouem anoꝝ. cū pactū circucisionis suscepit: et circucidit eū in octaua die / sicut gen. 21°. habet: Et ysaac genuit iacob. et iacob duodecim patriarchas / et patriarche emulantes / x inuidentes ipi: ioseph quia a patre plus amabat / et sopnia quedā illis displicentia vidisse se eis narrauit: vendiderūt / eū: in egyptū / x ysmahelitis negociatoribus in egyptū psentibus seciqz ducentibus atqz ibidem vendentibus ioseph / non tamen omes patriarche duodecim id fecerūt qua nec benyamin affuit nec ruben: Et erat deus cū eo / per gratiā magnā et prudentia singularem ac gratiosā: Et eripuit eū ex omnibus tribulacoibz suis / ō. de manibus fratrū. et egyptij qui eū mercauerant. Vnde sapie. 10. legit°. Ipse et saluit sapia diuina venditum iustū nō deseruit. sed a pena treibus liberauit eū: Et dedit ei gratiā et sapiam in ospectu pharaonis regis egypti / Nam ex diuina reuelacoe exposuit sompnia pharaonis. sicut danel sompnia regis babilonis: Et constituit eū ppositū super egyptū. et super omnē domū suā / x familiā atqz substanciā. dicens ad eū genes. 41°. Vno tantū regni sedeo te precedam: Venit aute fames in vniuersā egyptū et chanaan. et tribulacio magna. / nā has duas regiones. fames illa maxie opprimebat. que omia in genesi plenius scripta sūt: Et nō inuenerūt cibos patres nostri / in terra qua habitabat / Cū aute audisset iacob frumentū esse in egypto. misit patres nros x decem patriarchas / benyamin seu vetento: Primi / x prima vice: et secundo / x 2ª eoꝝ missione: in egyptū pro victualibus emendis: Cognitus est ioseph a fratribus suis / Cuua tunc dixit eis. ego sum ioseph genes. 45°: Et manifestatū est pharaoni genus eius / x cognacio: tunc em in aula regis dictum est celebri sermone / Venerūt fratres ioseph: Mittens at ioseph / fres suos cū plaustris et asinis. multisqz diuicijs: accersiūt patrem suū / per istos demicians ut veniret ad se: et omne cognacionem suam in animabus x hominibus: septuagīnta quinqz / genes. 46°. hec Tunc tre anime que ingresse sunt cū iacob in egyptū et egresse ex femore illius absqz oneribus filioꝝ / sexaginta sex. Et exodi primo. Erat omes anie eoꝝ qui egressi sūt de femore iacob septuaginta / Sed bte lucas sequens interpretationē. xl. ponit septuagīnta quinqz per antiparationem. cōnumerans quinqz ne potes ioseph. quib9 omnibus si addamus ipsemet iacob et filius eius ioseph cū duobus filiis eius effraym et manasse. habentur septuagīnta quinqz

Et defunctus est ipse / iacob in egypto : et patres nostri .v. duodecim patriarche ibidem / : Et translati sunt in sychem. et positi in sepulch°. quod emit abraham pecunia argenti a filijs emor filij sychem / Genesi 33°. scriptu est. q iacob emit partem agri a filijs emor patris sychem centum agnis Fuitq; ager iste unxta salem vrbem syrimorum / Porro genesi. 23°. legitur quod abraham emit ab ephron filio seor hetheo speluncā duplicē vnaru agrum in quo fuit unxta ebron quadrigentis argenti siclis. Quo° ergo nunc dicitur. q abraham emit sepulchrū a filijs emor. et quomodo emor vocatur hic filius sychem. cū in genesi appelletur pater ipius sychē Itaq; intuendū. q iacob sicut in genesi scribit fuit cito post mortem suam in spelunca duplici positus. Ioseph vero tpe iosue in sychem. et in eode loco sēm thevo°. / sepulti fuerunt alij patriarche. delatis eorū ossibus ex egypto. quāuis in genesi non legatur / postea aute positi sunt in sepulchro quod emit abraham. Verū q in lra dicit a filijs emor filij sychem. referetur ad verba predā. s. translati sunt in sychem / vt sit sensus. q translati sunt in sychem emptam a filijs emor. a quib° iacob emit hunc agrum sychem. Q; aut emor dicit hic filius sychē. et in genesi pater sychem conprobatur / quia frequēt° accipit. q aliquis habeat patrem et filiū eod nomine appellatos / Per in scolastica hystoria plenius scripta sunt / Cui appropinquavit aute tempus repromissionis quā confessus .v. protestatus : fuit deus abrahe / .v. proximante tempe quo impleri fuit. quod deus abrahe promiserat de eductione posteritatis sue ex egypto / et introductione in terrā promissionis : Creuit ipse ysrl. et multiplicatus est in egypto / unde 1°. exodi primo / filij ysrl creuerūt et q̄si germinantes multiplicati sunt. et roborati nimis impleuerunt terrā / Quoadusq; rex alius surrexit in egypto qui nouerat ioseph / .v. quanta bona egyptiorū regi populoq; pstiterat / Rex iste sub quo natus est moyses. no fuit de semine regis egypti. qui constituit ioseph sup egyptū ut ioseph scribit / et ut aliqui dicunt ortus fuit post illū / : Hic circumueniens genus nostrū .v. ppm ysrl : callide opprimens. unde q̄d aut exodi primo / Venite sapienter opprimamus eum :

Iussit patres nostros / tradeli precepto : Vt exponerent infantes suos .v. ab obstetricibus eos occidi permitterent uel in flumen proicerent aut proici facerent : ne viuificarēt .v. ne infantes isti manerent viuentes. et per hoc ppls ysrl minus esticret / Primo quippe precepit obstetricibus. vt infantes masculos hebreorū necarent / quibus id ex timore dei non exequentibus / iussit pharao omni populo suo. vt quicquid masculini sexus ysrlitarum nascerent coniuges hebreas in flumen proicerent. vt exodi primo habetur / Et cū sanctus stephanus obloquutor accusabatur quasi obloquens moysi. consequenter ad eius nativitatem descendit / Eo tempore natus est moyses / diuerse stulti precepto occidendi pueros hebreorū / : Et fuit gratus deo .v. acceptus. no ex proprijs

Actum
apl'oz

Ca'. vii.

ipleatis .abundantiori. in susceptione baptismi in quo gratia sacramentalis conferitur: Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̃m squame a matule quedã albe similes lucentibus piscium squamis .quas quidã dicit in oculis pauli tansatas ab exces suo illo lumine ipsũ cetante: Et visũ a usum oculorũ: recepit. Et surgens baptisatus est: Et cũ accepisset cibũ confortatus est / corpore. quod ꝑ excessũ contemplacionis fuit valde debilitatus: Fuit autẽ cũ discipulis .s. xpi anis: qui erant damasci / ductq ad eos per ananiã / per dies aliquot: Et continuo .s. statim post baptismũ .magis fortius in synagogas ꝑdicabat ihesu. q̃m hic est filius dei / naturalis. consubstancialis eternus. nõ adoptivus. Per hoc sicut habamus aut. Dat paulus exemplũ nõ erubescendi mutare sententias. ut patreat veritas: Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant. et dicebãt. Nonne hic est qui expugnabat in ihrlm eos qui invocabant nomen istud. et huc ad hoc venit. Ut vinctos illos a nome istud in damasco ducerent ad principes sacerdotũ. Saulus autẽ magis cõualescebat / Operando cũ et loquendo que dei sunt proficit in gratia. et fervor sanctus in ipso prevaluit. Nam sicut perfecto gratia minoratur. sic actibus virtuosis augetur: Et confundebat iudeos qui habitabant damasci / Nam per scripturas legis et ꝓphetarũ. eis monstrauit deuisse messiam. nec quibant ei resistere: Asserens quoniã hic est xps mundi saluator / Cũ autem ipleti essent dies multi. consiliũ fecerunt iudei / in damasco manentes: Ut eũ interficerent / Cui per ruptionẽ resistere nõ valebat / Volent enim diui et immortales: persequi eos a quibus vituperant: Note autem facte sunt saulo / vel per spiritũ intimationẽ uel revelationem diuinã: Insidie eorũ. Custodiebant autem portas. damasci: die ac nocte. ministri ꝓpositi damasci: ut eũ interficerent. Non iudei sed ciues damasci et ꝓpositus arethe regis .ad iudeorũ instantiã. sicut ad golath scribit apls. Damasci ꝓpositus arethe regis custodiebat ciuitatẽ damascenorũ ut me comprehenderet: Accipientes autẽ eũ discipuli nocte. dimiserũt eum per muriũ. submittentes in sporta / Non q paulus timeret mori pro xpo. sed qua maiorem produceret fructũ in ecclesia contigit. / Ex quo etiam patet. q viasse licet humane industrie vti subsidijs ut vitentur pericula: Cũ autẽ venisset ihrlm. temptauit se iungere discipulis / Omnis enim cauo ad sibi similem iungit: Et omnes timebant eũ nõ credentes q esset discipulus. Barnabas autẽ apprehensũ eũ duxit ad aplos. et narrauit illis .quo in via. viderat dñm ihesũ / et q locutus est ei. et quo in damasco fiducialiter egerit in nomine ihesu. cum fiducia predicando fideliter. Descriptiua hec loquit quasi paulq

statim post sua in damasco baptiza
cōne ac pdicatione venisset ihūz.
Sed obuiat qd ipsemet de se ad
galath primo scribit Non venī in
quiens iherosolima ad antecessores
meos aplos. sed abij in arabiam.
et iterū reuersus sū in damascū.
Deinde post post annos tres ven
it iherosolima videre petrū. et mansi
apud eū diebus quindecī. alium
autē aplōz vidi neminē nisi iaco
bū fratrem dñi. Ex quib⁹ patefac
tū ē quib⁹ pdicauit in damasco. scilz
primo statū post suū baptismū. et
deinceps postea ab arabia esset ad
eam reuersus antequā venit ihe
rusalem. Alij autē affirmant q
tato post suā conuersionē venit ihe
rusalem. si ēm tam diu tardasset.
discipuli in ihēm vtiq; prepissent
conuersionē et pdicationem ipius
psertim in damasco facta. nec eū
in primo suo ad eos accessu vitas
sent. Verumtamē ut isti asserunt.
nō reputat tunc venisse ihūm. q
mox abiit. Hinc q dictū est de
fuga pauli a damasco. quida re
ferunt ad tempus. quo primo pre
dicauit ibidem: alij ad illud: quo
secundo. Et erat cū illis. puta
discipulis atq; aplis. saltē petro
et iacobo iherosolimitaz epo: /
intrans et exiens. et fiducialiter
agens in dño. Loquebatur quoq;
gentibus. Qui venerūt in ihū
adorare. vel quos alibi reperit.
Et disputabat cū grecis. s. iudeis
in greca natis. Omnibus hīs
loquebatur. Illi autē videlicet
greci. querebant occidere eū: qđ
cū cognouissent fratres. deduxerūt
eū norte cesariam. ciuitate palestie
et dimiserūt tharsum. vrbem in qua
fuerat natus. Considerantes aute
fratres. b. xpianā inter quos fuit.
qm̄ vtilis esset ecclie ppter sapientiā
sibi datam. auruerunt eū morti
subtrahere. Ecclesia quidē per
totam iudeā et samariam et gali
leam. habebat pacem. pertotis et
temporis. Ita q fuit mente quieta
in deo. et ab hoīm psecutione quies
cens. Post persecutionē em. occi
sionem stephani subsequente. data
est pax per xpianos a deo. qui post
tempestatem tranquillū facit. et
post fletū consolationē infundit.
Et edificabatur. in virtutibus.
uno alium ad meliora procurante.
et spū sancto sibi in omnibus man
sionem construente. ambulans de
virtute in virtutem. de via ad
patriam. de bono in melius;
in timore dñi. filiali sancto et casto:
et consolatione sancti spūs replebat.
que tunc valde necessaria fuit. q
deuotissimi xpiani omēs temporales
consolationes spreuerūt.
¶ Consequenter ad euoluenda
premissis aplōz gesta ac dicta
sanctus lucas reuertit. Factū est
autem dū petrus dū pertransiret
omnes. Descendit ad sanctos. s. xpianos valde virtuo
sos. qui habitabant lidde. s. ciui
tate sic dicta. Inuenit autē
ibi hominē nomine eneam. ab annis
octo iacentem in grabato. q erat
paraliticus. Deo ambulare non

1. 14

s. de xpo

potuit quia contractus: Et
ait illi petrus. Eneas sanet te do
min⁹ ihesus xp̄s: surge et sterne
tibi. Et continuo surrexit. Et
viderunt eū omēs qui erant lidde
et saronē. & in vrbibus istis.
qui conuersi sūt ad dn̄m. Vter
hoc fuit leuitatis. q̄ infirmitas
illa fuit mutabilis per mutuū.
Nec curatio eius fuit mutabilior
q̄m modus curandi. q̄ scilicet ad
vnius uerbi prolationē. tanta in
firmitas tam subito atq; totaliter
est repulsa. Petrus quoq; sapien
tissime disserit eis de xp̄o et
eius misterijs atq; miraculis /
quibus auditis et visis crediderūt
in xp̄m: In ioppe aūt ciuitate
pantiqua fuit quedā discipula no
mine tabita. in hebreo: que inter
p̄tata dicit̄ dorchas. in greco. in
quo lucas scripsit hūc libruū / la
tine vero dicit̄ damula uel caprea
Hec erat plena operibus bonis.
et elemosinis quas faciebat. Fac
tum est aūt in diebus illis ut in
firmata moreret̄. Quā cū lauissēt
posuerūt eam in cenaculo. domus
sue: Cū aūt ppe esset. & pauum
distaret: lidda ab ioppe. discipli
audientes quia petrus esset in ea
duos viros miserūt ad eū rogātes
ne pigritaret̄ venire ad nos. Et
cū venisset duxerūt eū in cenaculū
Et circūsteterūt eū omēs vidue flen
tes et ostendentes tunicas et uestes
quas faciebat illis dorchas. Ut per
hec petrū ad cōpassionē suam et
ad suscitatiōne defuncte inducerēt
Eiectis aūt omnibus foras. ut
xp̄m sequeret̄. qui in suscitatione
filie archisynagogi penes omnes
erexit. Et item. vt in seruelo libe
nus quietius q̄ oraret. et ut ostē
tatione doceret vitandam: Petrus
ponens. & in terra huiliter flexis
genua orauit / Cuius uerba lucas
non recitat. Orando aūt intellexit
se. spiritu reuelante interius. exau
ditū: Et conuersus ad corpus dix̄.
Tabita surge & tu corpus examine
denuo animare et viue. ac surge
de mortis sopore. Pars ergo pro
toto est posita: Et illa aperuit
oculos suos. et viso petro resedit.
Sicq; sensu et motu monstrauit
se viuere / Et in isto viuus mira
culo modus agendi p̄claruus est.
Nec enī helyas nec helyseus. tam
facialiter. tam celeriter mortuos
suscitauerūt ut petrus hanc feciam
Dans aūt illi manū. erexit eā
Et cū introcusset sctos ac vidnas
assignauit eā viuā / ostendens
se eorū desiderio satisfecisse:
Notū aūt factū est per vniuersā
ioppē. et crediderūt multi in dn̄o.
Nam vera suscitatio mortuoz. sola
dei omnipotentis fit ptate. Vnde ob
aliorū conuersionē pserti suscitata
est femina ista. et etiā p̄ Obdiadez
fidelium viduarū. alioquin tam se
mulieri melius videret̄ no suscitari
q̄m ad hanc vitā miseriā reuocari
nisi forte p̄ maius meritū eius:
Factū est aūt ut dies multos
moraretur in ioppe apud symonē
quendā coriarū / Vel ut alij dicūt
curiarū / Vel q̄ coria parauit
aut curialis fuit. Aliqui etiā sic
vocant. sine ppietate per nomen
significata. Dicit sīm bedam

per tabitam hanc seu damulam vel capream intelligit animę virtutū studio alte. quātus homi estimatione viles. Damula q̄pe et capreā alia sūt m natura similima. sed magnitudine differencia. que m sublimibus montib habitant. et de longinquo omnes qui venit vident. Vnde et acumen visus grece dorcades appellat. Vir sancta meritis opem m excelsis habitantes. mentis ꝛeplacione supernis inteudit. ibiq; suma semp et cauta circūspectione m uigilant. et quid futuri sit cue ꝑtrideze queat. Vigilanter ꝑpendt Unūq̄q; nāq; si que per fragilitate aut ignorancia lapsa fuerit m peccatu. Ptinus p̄ verū ꝑfectū ad vitam gracie reducitur

Explanacio ca'h. x'i. Vir aute arrcalius decmo;

Ostenso quēadmodū inter iudeos predicata sit fides xp̄iana: nūc declarat̄ qualiter inter gentiles ꝯperit publicari ¶; Vir autem quidā erat in cesarea. nomie cornelius / ¶ ves vrbes fuerūt dicte cesarea. Una est nāq; cesarea palestine. m litore maris sita. que olim pyrgos. ꝯ turris stratonis uocabat. qua herodes maior nobilius extruens. m honore cesaris augusti. q. octauiani. nomiauit cesarea. in qua habitauit iste cornelius. Alia appellatur cesarea philippi. ad radices montis libani sita; vbi iordanis oriens. habens duos fontes. unū nomine ior. alium nomine dan. qua philippus p̄fati herodis filius m honore tyberij cesaris augusti cesarea cognominauit ¶ Terria quoq; extat cesarea: estq; metropolis cappadocie de qua nūc habetur / Erat ergo electus beatissimusq; cornelius. mente et corpore fortis. m corporaliū ac spiritaliū armoꝝ exercicijs strenuus fuit: centurio. ꝯ centū subse milites habens: cohortis que dicit̄ ytalica / ¶ Nunc milites ista cū ipo fuerunt de ytalia / imo sicut in scolastica fertur historia. cornelius missus fuit a roma ciuitate metropolita ytalie: Romani etem ip̄eratores mittebant milites suos p̄ ciuitates diuersas. ad custodiendas municiones terraq; romanis subiectas. tuendas / ¶ Religiosus / ꝯ actibus religionis deditus / Potestq; religio accipi siue pro latria. p̄ qua summo deo debitus cultus ꝑtenditur. siue pro pietate. tam illa que est domi. q̄m illa que est virtus moralis. et misericordia mūcupat̄: operibus siquide pietatis et misericordie. fuit valde intentus: ¶ et timens deū / Non timore puro seruili. sed casto et reuerenciali. ¶ timor aute seruilis est fuga. abhominacio seu detestacio mali pene. qua m se nec virtuosus est. nec meritorius / ¶ timor vero castus seu filialis. est fuga et detestacio mali culpe. quo dei offensam timemus. ¶ Porro. timor initialis. aliquid habet de vtroq; ¶ Cum omni domo. ꝯ familia sua ista q; cuncti domestici ei fuerant timorati. ad quod ꝑ vbis

et exemplus eos induxit. Quod et omes patresfamilias assequi debent. suam ad virtutes dirigendo familiā. eamq; de vicys increpando. et per hoc quasi episcopale officium suis domibus exercendo: / Faciens elemosinas multas plebi. Omnibus salubriter indigentibus et petentibus. sine psonarū acceptione: Et deprecatus deū semper / omni tēpore oportuno. Deceptusq; deū. presertim ut ei in via salutis dirigeret. Unde scōm doctores. Quicunq; facit qđ in se est. gratiā et illuminationē a deo consequit. Ita q; si quis paganus seu infidelis. ex naturali ratione se ad primum principiū erigit. ipsumq; roget. ut dirigat se in viam salutis q̄tus caueat a peccatis. deus sibi de necessariis ad salutē misericorditer prouidebit. reuelando ei p angelū seu doctorem quicunq; de fide catholica. quantū requiritur ad salutē. Hinc scōm diuinū Dyonisiū. milli gentiliū. legem moysi nō habentes p angelos ad deū reducti sunt et edocti: Ita vidit / oculo corporali: in visu / exteriori: manifeste. In plena vigilia nō in somnio. nec ymaginaria visione: quasi circa horā nonā. angelū dei introeuntem ad se et dicentem sibi. Corneli. At ille intuens in eū / timore correptus: dixit / Certū. q; angelus in dei forma humana apparens. voce magnifica et tubali locutus est. atq; splendore preclaro apparuit Hinc admiratione et naturali timore ipletus fuit cornelius / Vt eum tam venerandū mirabilemq; psonam ante prospexit / Unde dixit ad eū: Quis es domine? Quasi diceret. maior homine esse videris: Dixit autē illi angelus Orationes tue et elemosine tue ascenderūt in memoriā in conspectu dei. et deo accepte sunt et misericorditer a deo desiderate. Idcirco me misit ad te. qui et tua virtuosa conuersatione. angelica visitatione dignus effectus es. Angelus ad uerba cornely nō legit responsum sed de sua salute eū instruxit. Vt doceamur vtilia et vtilia salubria. non curiosa siue superflua scrutari. quāmus interrogatio cornely non fuerit inordinata / Simili modo in veteri testamento queruenti scō iacob ab angelo. quo nomine vocaretur. nō datur responsio; sed manibus patris sampsonis. Quemadmodū etiā hoc loco orationes cornely legunt coram deo ascendisse. et angelus missus ad eū. Ita thobie 3°. scriptū est de orationib⁹ thobie. et sare. de elemosinaq; raphaelis ad eos et insup de cornelio dicit doctores. q; ante apparitionē hanc habuit fidem que est virtus theo^a. sine qua impossibile est placere deo. Habuitq; fidem formatā seu caritate ornatā: habuit demū fidem de xpō. saltē implicitam et indistinctā scōz thomam in 2^a sēe. Credidit eum deū habere prudentiā vniuersi. et esse hominū saluatorē scōm modū sibi notū. et patribus reuelatū. In scolastica tū hystoria dicit. q; fidem incarnationis habuerit. sed de hoc fuit incertus. ignorans an iam essz

mcarnatus. qn adhuc mcarnad9.
Beda quoq; hoc loco allegat gre
gorij uerba dicentis. Non virtu
tibus ad fidem. sed fide ptingitur
ad virtutes: Cornelius enim
cuius orationes ante baptismu
angelo teste laudate sut. nō oper
bus ad fidem. sed fide ad opa ueni
Sciebat ut creatore omniū deū.
sed q eius omps filius mcarnat9
esset ignorauit: Donq aute ope
ratione pmeruit. ut deū pfecte
cognosceret. et de mysterio eius
mcarnationis misterium crederet.
quatus ad sacramentu baptismatis
pueniret. per fidem ergo uenit
ad opera. sed per opera solidat9
est in fide: Postremo. sunt qui
dicunt. angelu qui cornelio appa
ruit fuisse illu qui custodie corne
lij fuit deputatus: Et nunc
mitte uiros in ioppen. et arcessi
per illos symone. qui cognomi at
petrus. primo em appellatus est
symon. postea petrus a xpisto:
Hic dicet tibi quid te oporteat
facere / Que a deo sut ordinata sūt
Deo diuina ordinatione superiores
inferioribus auxiliant. ordine
pulchro: Hic hospitat apud
symone corariu. cuius est domus
iuxta mare tyrenu. Ioppe ēpe
ciuitas fuit terre pmissionis
mari tyreno pxima. Tyrenu
uero dicit mare a tyro ciuitate
ante quā cucurrit / quēadmodu
dicit mare tyberiadis. a tybe
riade ciuitate: Et cū discessisset
angelus qui loquebatur illi /
Angelus em in corpe assumpto
apparuit. quod sicut sua ptate
formauit ut appareret in eo. sic
eadem illud dissoluit. nec amplius
uisus est. et ex hys cornelius in
tellexit angelu esse qui sibi appa
ruit: Vocauit duos domesticos
suos. et militem metuente deu.
ex hys qui illi / puta cornelio:
parebant. i ex subditis suis /
Iam dictu fuit. q domestici corne
lij fuerunt timorati. ideo nō dicit
q hi duo domestici timuerunt
deū. sz de milite id dicit que uoca
uit. qui forte extra domū cornely
in ppria domo suis uixit stipen
dijs / Quibus cū narrasset oīa
audita et uisa nūc scripta. tamq;
sibi carioribus. familiarioribus
at melioribus inter plures: Misit
illos in ioppen. Postera aute die /
uidelicz imediate sequente: Iter
illis facientibus et appropinquātib9
ciuitati / ioppe / ascendit petrus
in superiora domus ut oraret / In
solario uel cenaculo. tamq; in loco se
cretiori. et ad contemplationem
congruentiori / sicut et xps ascen
dit in montē orare. Aliqui sole
etiā in loco altiori orare deuotius /
: Circa horam sextā / que est
hora refectionis. antequ.
Solebat oratione se munire / dans
nobis exemplu similiter faciendi. Ut
simus in comestione curiosperiores.
ne grauent corda nra crapula
uel ebrietate / : Et cū esuiret.
uoluit ieiunare. i parce et modeste
comedere / qđ est cont eos. qui
instar canis familici effundunt se
sup cibū / : Parentib9 aute abn
illis / qui erat in suo hospitio / cui
dit sup eū mentis excessus. / dest

tanta eleuacio mentis ad aliquod misterii contemplandū. q̄ deo operante. passus est alienationem ab vsu sensuū exteriorū: Et vidit celū apertū / quia in visione ymaginaria aperti videbat. Ad inuiendū. q̄ a dño celis p̄sidenti aliquid speciale fieret circa petrū: quēadmodū ezechiel primo libri sui capto scribit celos apertos in visione ei ostensa /: Et descendēs vas quoddā velut linteū magn quatuor initijs .v. angulis / submitti de celo in terram / forte p̄ fines seu lineas in angulis alligatas /: In quo erant omnia quadrupedia et serpencia terre et volatilia celi / Erant autem ibi nō realiter sz ymaginarie p̄ similitudines rerū p̄sentatiuas. Per vas magnū designatur ecclesia. per animalia vero illa sōz legem immundi. gentiles quos spernebant iudei. nec verebātur eis p̄ Operaliter p̄ quadrupedia que terris adherent. auari. per serpentes dolosi et virulenti. per volatilia autē elati /: Et facta est vox ad eū dicens / Voce hanc angelus formauit in interiori sensu petri. qui angelus tota visionem hanc misteraliter exhibebat / formando species istarū rerū in ymaginatiua apli /: Surge petre occide et manduca / Ad petrus corporaliter intelligendū putauit. respondit ut subdit: Absit dne quia nūqm manducauī omne commune et immundū .v. cibos legi phibitos nūqm accepi / In quo etiam Ostat magna iustitia beatissimi petri vni. qui antequ xpo adhereret cerimonialia legis tam diligenter implenit. Nec dubiū quin m obseruancijs p̄ceptorū maiorū. diligenciā adhibuerit ampliorem / Porro sm morem iudeorū locutus est petrus qui cibos lege phibitos nocabant immundos. Itemq̄ cōcē. quia a gentibus cōiter edebant. / Prenudicta autē angeli uerba spiritaliter sunt intelligenda. ut sit sensus. Occide .v. uitia in gentibus perime. et manducā .v. xpō atq̄ ecclie eas incorpora. quēadmodū in substanciā alii vertuntur cibus. Hinc sequit: Et vox iterū secundo ait ad eū Ad deus purgauit. tu ne cōe dixeris .v. gentiles a deo electus. ac p̄destinatas. xpi q̄ sanguine liberatas. et iam in dei p̄scientia purificatas. et xpisti passione ablutas. per prefixa immunda atq̄ cōia aialia designans. non estimes Ostempnendus neq̄ vitandus. sed confidenter vade ad eos / Potest quoq̄ de cibis aliquibus lege phibitis accipi. quoz vsus in nouo testamento est licitus. nam cerimonialia legis in xpi passione. finem sortita sūt. nec postea obligant. ut infra dicet: / Hoc autem factū est per ter .v. tribus vicibus visio ista fuit petro exhibita ad confirmacionē maiorē. et ad inuiendū. q̄ ad sūpbeatissimā trinitatis fidem et cultū. gentes essent mox conuertende. in cuius q̄ nomie baptizande: Et statim receptum est vas in celo / sed ymaginaria apparicione / per quod insinuatū est. q̄ ecclia gentiū i regnū introducenda esset celoz.

Actuū apl'oꝝ

Ca.m x.m

Et dū mitra se hesitaret petrꝰ
quid nā esset visio quā vidisset.
& quid significaret / In hac enim
visione spūs sanctus petrū nō do-
cuit subito et p̄ sepsū cōplete. sed
pdetemptī. et ptim per hominēs.
quia ad conservandā mentis hu-
manē hūilitatem. spūs sanctus
quandoq; cum tangit. et quādoq;
nō tangit ex parte: Ecce viri missi
a cornelio steterūt ad ianuā. et
interrogabāt si symon petrus illic
haberet hospitiū. Petro aute / ad se
reverso: et cogitante de visione p̄
facta / que esset intelligentia eius
: Dixit spūs ei / locutione mētna
videlicz spūs sctus seu angelus:
Ecce tres viri querūt te. Surge
itaq; ab oratione et meditatione
: et Descende / de isto cenaculo. seu
de templatione exterioꝝ: et Vade
cū eis / ad p̄dicandū et cōtendū
gentilibus: nichil dubitans / q̄n
bene agis in hoc / quia ego misi
illos & mitti feci a cornelio / Intendi
ergo dum vacio et caritas postulat.
ab actibus vite contemplatiue. ces-
sandū. atq; ad opera vite actiue /
est egrediendū / Virtutes em̄ sibi
invicem cedunt. quāmus sēmvicem
nequaq̄m impediant: Descendens
aute petrus ad viros dixit. Ecce
ego sū quem queritis. que causa est
propter quā venistis / Adhuc non
videtur petrus plene significationē
visionis sibi ostense nouisse: cui
dixerūt. Cornelius vir iustus &
timens deū. et testimoꝝ habens.
virtutū. ab vniuersa gente iudeoꝝ /
Iustus em̄ acceptus et placitus
fuit deo atq; hominibus. tanta
fuit pietate et q̄a decoratus.
Responsū accepit ab angelo sancto
accersiri te in domū suam. et audire
verba abs te. & salutis consiliū et
doctrinā. Quibus auditis petrus
significationem visionis cepit ad
intelligere. q̄. s. per animā illa immūda
designarent gentiles. et q̄ illis
communicare deberet / Ideo subdit:
Introducens ergo eos recepit hos-
pitio / In quo et ipse manebat /
mansērunt apud eū illa nocte. et
de tam gratioso rumore atq; negō
tio gaudisi sunt omnes qui aderāt
vehementer: Sequenti aute die
surgens p̄fectus est cū illis et
quidā ex fratribus de ioppe / comitati sunt
eū & simul profecti sunt / qui
fuerant sex / mūi in testimoniū
veritatis et ob reverentiā petri /
Altera aute die introiuit cesaream
in qua morabatur cornelius:
Cornelius vero expectabat illos /
cum magni affectu videndi viri
tam sancti. et audiendi verba
dei per ipsum. obtinendiq; gratiam
sibi ac suis. de quibus subiunxit:
Convocatis cognatis suis et ne-
cessariis amicis / quos omnes spi
ritualiter diligens. secūd deū. spm
consequi et salutē optauit
Necessarii aute amici vocantur
qui amicū in articulo necessitatis
non deserunt Vñ ecclesiast. 6°
habetur / Si possides amicū in
temptatione possidē eū: et ne
facile credas ei verbis / Est enim
amicus secūm tempus suū. et non
permanet in die tribulationis.
Amicus si permanserit fixus. erit

tibi coequalis: Et factu est. cum introisset petrus / forsitan prima portam seu atrium dom⁹ cornelij: obuius ei venit cornelius / ob tanti aduentantis honore: / Ex dilectione autē et humilitate hoc fecit cornelius. quēadmodū martha / obtulit xpō / sicut dorcas suo obuiauit auditor ep̄o / Vt credē mihi / to. verba eius tacto susciperet pectore. iuxta illud ecc⁹ z⁰ Omnis bona cū omni concupiscentia. audiet sapientia: Et prosternens ad pedes eius adorauit eū. Idest / reuerentia debet ei tamq̄ excellenti psone. spiritaliq̄ patri exhibit. gestu corporis. mentis deuotione reuerentiamq̄ protestans / In quo magna illustris viri / mentis humilitas: Petrus vero eleuauit eū dicens. Surge. et ego ipse homo sū / tibi filius in natura. idcirco in honorando me. moderatiōem obserua. cū purus sim homo: Et loquens cū illo. puta cornelio /: inuenit in domo eius: multos qui conuenerant. causa audiendi verbi salutis: Dixitq̄ ad illos. vos scitis. quomodo abhominatu sit viro iudeo v. q̄m multū abhominentur iudei /: coniungi aut accedere ad alienigenā v. gentilibus colendo tu eis in victu /: Sed mihi ostendit deus / in pulcra visione: neminē coeum aut immundū dicere hominē v. nullū hominē quēadmodū gentilem esse spernendū. aut vitandū. seu repellendū a corone fidelium. quomodo velit conuerti. Vel sēm q̄ homo est et purificatus in p̄sentia dei. aut liberatus sanguine xpi: Propter q̄d sine dubio / tamq̄ certus de bonitate animi eius: venit accersitus. Interrogo ergo. qua ob causa accersistis me / Et cornelius ait: A quidus quarta die usq̄ in hanc horam. v quarta die ante hanc horam qua interrogans iste: orans eram in domo mea / die ei quo orauit et angelu vidit. misit tres viros qui sēdo die venerunt in ioppen. et tertio redire ceperunt. quartoq̄ die venerunt cesaream: Et ecce vir / ⁊. angel⁹ in forma viri /: stetit ante me in veste candida et ait / Exaudita est oratio tua. Nunc ergo omes nos assumus in cōspectu tuo. audire omnia quecunq̄ precepta sunt tibi a dño. v. paulo audire et obedire /: ⁊ perueniente aute petro ois sum dixit. In veritate coperi. v. vere et experimentalit mit tēporum: quia non est psonarū acceptor deus / v. non vnū magis q̄m alium approbat aut reprobat. nisi ex causa iusta. nec mō iudeos et gentiles discernit. quantū ad cō sequendā salutē. quomodo se disponant / q̄d aut aptius ad ro manos / ⁊ in iudeos deus tamen mone et genus: Et alibi / Deus omnes vult saluos fieri. et ad cognitionē veritatis venire / Itaq̄ quoq̄. 12. legit Nec em est alius deus q̄ tu. cui cura est de oib⁹ Et 2⁰ ꝑalipo. 19. Non est apud eum deū vllā iniquitas nec psonarū acceptio. neq̄ acceptio

munerū. Sed videt oppositum q̄ duoz̄ hoīm vnius conditionis atq; ni omibus paruū. deus vnū miserico?diter attigit. alterū iuste relinquit. Et rndendū. q̄ psonarum acceptio. opponitur iustitie distributiue. que diuersis p̄sonis tribuit sc̄dm dignitatē ip̄arū et meritā. Est itaq; psonarū acceptio. cū m eo cui aliquid datur. nō attenditur id. p̄ q̄d illud dat̄ur ei. sit sibi p̄portionatū aut debitū. Vt si p̄latus det alicui beneficiū quia diues sive cognatus. Verūtamen duplex est datio. dona. que est actus iustitie: Et circa hanc attendit̄ et versat p̄sonarū acceptio. alia vero que est actus liberalitatis. qua alicui gratia conferit̄ q̄d ei non debet. qualis est ex collatio donoz̄ dei. qui nulli est obligatus. Et circa huiusmodi nō est p̄sonaz̄ acceptio. q̄m vnusquisq; potest p̄pria dare cui vult. et q̄ntū vult. Hoc sic̄z thomā dictū est. q̄d in 2.a sāe q. 63. plenius ostenditur: Sed in omi gente / quicūq; sit natiōis: qui timet deū / timore casto et filiali. vel saltē initiali: et operat̄ iustitiā. i. actus iustitie. que est virtus infusa p̄ debitū rectū q; finem. quod sine fide nequit fieri: acceptus est illi / scz q̄ est in statu salutis ac p̄merendi. Nola ante naturalis virtus et cognitio dei nemi sufficiunt ad salutē. sed ad supnaturalis finis seu felicitatis adeptione / supnaturalia media exigunt vt media fini p̄portionentur.

Verbū misit deus filijs israhel / Nam pater verbū suū eternum veraciter incarnatū. misit iudeis. ipso verbo id protestante. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israhel /: Misit quoq; vbi / i. euangelicā doctrinā: annūciās pacem. i. humanā generis reconciliationem ad deo: per ihesū xp̄m dei et hoīm mediatorem / qui mathei mediator. pacificauit nos deo. per sanguinem suū / Imo aut apl̄us Deus erat in xp̄o mundū reconcilians sibi. Et xp̄us in p̄pria p̄sona hoc p̄dicauit. pacemq; pectoribus annunciauit. et dedit. sc̄dm q̄d ait Pacem relinquo vobis. pacem meā do vobis. Et iterū. Venit filius hoīs querere et saluū facē q̄d perierat: Hic est enim dns / quia verus deus vex. et ihesū et dns dnoz̄. Utpote ut deus. est dns. p̄ p̄priam auctoritatē ut p̄sidens principalis. sed ut homo. ordinē p̄sidet. ut instrumentalis /: Vos scitis q̄ factū est verbū per vniuersā iudeā. i. p̄dicationē ihesu ibidem esse dissemnatam / Miracula etenim xp̄i fecerūt eum in locis vicinis hinc inde famosū: Incipiens enim / ihesus. p̄dicatiōez suā: a galilea / sicut in passione iudei dixerūt / Comouit p̄plm docens p̄ vniuersā iudeā. incipiens a galilea usq; huc /: Post baptismū quod p̄dicauit iohannes ihesu a nazareth / Iohannes enim baptista p̄plm baptismo insinuauit eis xp̄m venisse dicendo / Medius vestrū stetit quē vos nescitis vel sic. Incipiens ihesus publice

pdicare post baptismu quo fiut a
iohanne baptizatus: sanctus inqz
qđ pdicauit iohanes: iheſu xpm qz
eius precursor / ¶ Predicauit aute
iohānes baptistā: quomō unxit
eū / ē. iheſu. ſcđm naturā assūp
tam: deus / pater seu trinitas:
spiritu sancto et virtute x plen
tudine gracie et sanctitatis. seu plate
m miraculis pagendis. (nam et
spūs sanctus. xpm vt hoiem unxit
et misit. unxit illud in ysaia. Et
nunc dns misit me et spūs eius /
¶ Hinc de xpo dixit baptista. Iohis
iij°. Non ad mensurā dat deus
spiritū. ē. hoīm xpo. nam gracia
eius quodāmodo infinita consistit.
Hec virtus spiritalis et invisibil
data est aie xpi. in xpo siue creatio
nis primordio. quo simul cū carne
vnita est verbo totius gracie fonti
eterno: ¶ Qui pertransiit nr hoies
benefaciendo. ambulando et pdicādo:
benefacta dando: Et sanando omes
oppressos a dyabolo / Multos ipse
obsessos curauit / ¶ Spiritaliter
quoqz demonibus plenos. con
uertit ad deū. sicut de maria mag
dalena eiecit septē demonia. imo
quantū in xpo fuit sua benedicta
passione. vnūsqz pterea saluauit
Quicunqz aut iacet in mortali pec
o a demonibus est oppressus. pstrat.
victus et exceratus / Verū qđ ayt
omes oppressos. accipi potest de
generibus singulorū. potius qm de
singul generū: ¶ Quoniā deus
erat cū illo / ē. pater cū filio / que
admodū in alūs loquit / Ego sum
solus: sed ego et qui misit me pater
Veruntamen coniunctione hanc: quo
niam. bene pensando. intelligendū
est. q deus erat cū xpo scđm naturā
humanā / illa magz habuit efficaciā
sic agendi ex assistencia dei Dicqz
intelligi etiā potest. q deus scilicz
uerbū eternū erat cū illo x cū ihu
quo ad suā humanitate p ypostaticā
vnionem / quamuis exposicio ista nō
sit pria scđm bedā ne xpi psonā
gemmare videam. ¶ Et nos sum⁹
testes oim / mirabiliū: que fecit
in regione iudee et in iherusalē.
Que occiderunt suspendentes in
ligno. que deus suscitauit tertia
die / Ista iam sepe exposita sunt
: Et dedit eū manifestū fieri / post
resurrectionē: non omni populo /
mediate sed nec omnibus absolute:
sed testibus pordinatis a deo. nob
qui manducauim⁹ et bibim⁹ cū
illo postqz resurrexit a mortuis /
¶ Hoc em exigit ordinatissim⁹ etne
sapiencie dei processus. ut sup̄natu
ralia nō omnibus imediate reue
lentur. sed primo quibusdā electis
atqz maioribus. et per illos ceteros
qđ et in yerarchijs obseruatur
angelicis. in quibus illuminationes
diuine a superioribus deueniunt
ad inferiores p medios angelicos
spūs. ut diuinus dyonisius edo
cet / Interea aduertendū qđ petr⁹
ait. nobis qui manducauim⁹ et
bibim⁹ ꝛc / Nam licet in euāg⁹
legat. xpūs cū discipul⁹ post
resurrectionē manducasse. nō tn
ibidem exprimit bibisse cū eis. ſz
ex hijs verbis id scitur: Et
pcepit nobis pdicare pplo et testi

Actuū apl'oꝝ

Ca^m x^i)

ficari. qua ipe est qui constituty est a deo pr̃e / scdm naturā hūanā: iudex vnoꝝ et mortuoꝝ. x vniuersoꝝ. qui vel ante finem mundi eiusdē defuncti. uel circa finē viuī inveniē. et in ignē conflagrationis mortuī dicūt / Vel per vnos intelligunt electi qui viuūt p gratiā. per mortuos reprobi. qui mortui sūt p culpā / Porro in iudicio duo cōsistunt. primū est auctē iudicandi. et illa tribus psonis cōis et vna est. Secundū est iudicij exercitio seu prolatio sententie. que competit xpō scdm naturā hūanā. quā et sua humiliatione ac passione promeruit. ppē qđ ait / potestatem dedit ei et iudicium facere. qz filius hominis est / Item qz: Neqz enim pater iudicat quēquā. sz iudicium omne dedit filio: Huic. s. xpō. Omnes pphete testimoniū phibent / ut dnō scdm remissionē peccatoꝝ accipē p nomen eius. x per invocationē et fidem ipsi: omnes qui credunt in eū / qui. s. fide et caritate xpō incorporantur / Pphete em concorditē loquūt de xpo tanqm de oīm saluatore. Cui q̄ve credentes per eius gratiam iustificant / Adhuc loquente petro verba hec cecidit x subito venit. seu vt pente descendit spūs scūs. nō p speciem materialiter scriptā incommutabilemqz substantialiā. sed per effectus et gratie dona: sup oēs qui audiebant verbū. s. super cornelium et suos quib9 predicatio ista fiebat. / Descendit ante spūs scūs in signo visibili siue sensibili sz an in igneis linguis an in alia specie incertū est. ut scolastica ait hystoria: Et obstupuerūt ex circūcisione fideles x ex iudaismo. Quotquot. qui venerant cū petro. qz et in nationes. s. in gentiles: gratia spūs scī effusa est / cū abundantia tanta / Iudei equidē. Siquidē p nichilo reputare. nec sibi hoc dei vnqz fuerat factū. / deo de effectu tam magno atqz insolito. pre admiratione magnitudine. velut stupidi / reddebant. / Fuit em veneranda grande miraculū et maxima pietas dei /: Audiebant em illos loquentes linguis / diversis sicut apli loquebāt in die penthecostes /: Et magnificātes deū / cuius deuotissime referebāt eiusqz bonitatē et beneficia totis precordijs attollendo /: Tunc inquit petrus. Nunquid aquā quis phibē potest. ut nō baptizent hm. qui spīm sanctū acceperūt sicut et nos? / Apli. s. cū signo sensibili et dono linguarū. quāuis nō in tanta plenitudine sicut apli. qui primitias spūs acceperūt / Et iussit eos baptizari in noīe iesu xpi / De hac forma baptismi. et quave in ea baptizatur baptismus in primitiua ecclia dictū est. 2°. capīo. Apostoli aute Siquidē p discipulos suos baptizare conversos. et ipsi verbo predicationis ministrabant. scdm qđ paulus testatur: Non misit me xpūs baptizare sed predicare. Interdū tamen aliquos baptizabāt: Tunc venerunt eū. s. petrū / vt maneret apud eos aliquot diebus / p eoꝝ consolationē et plenioꝝ instructione. Et pcipue ex dilectione qua ad tam felicem et gloriosū accepērūt magistrū patrē atqz apīm. nō dubiū quin eis

Consensit

Declamacio cū. xi. arti. xi.

Quod ex prima illa gentiliū Inuersione secutū sit. subdit. Audierūt autem apli qui erāt in iudea. Vbi p̄dicabant hmōi inde: et fres. r ceteri discipuli: quia et gentes / videlicet Cornelius cū suis. receperūt verbū dei. Cū aute ascendisset petrus ihē rosolimā / a cēsarea rediens. / disceptabant aduersus illū qui erāt ex circūcisione. r ex iudaismo Inuersi. /: Quasi dicant. in hoc contra legem fecisti: Incipiens aute petrus exponebat illis per ordine. r cū hoc fecisset eis ordinate exposuit seq; ex causando reuelauit eis qualē habuisse visionē in ioppe per quā deus sibi monstrauit ut faceret ita. et q̄ an gelus idipm admonuisset. Littera at plana est et p̄cedenti capīlo habita atq; exposita vsq; ad id: Recordatus sum aute verbi dñi sicut dicebat. Iohānes quidē baptizauit aqua. vos aute baptizabimini spū scō. Hoc primo capīlo legit xp̄s dixisse aplis: quod expositū est ibidem. et in p̄fatis gentilibus Inuersis ipletū. iuxta expositionē primo capīlo introductā: Si: pro quia /: ergo eandē gr̄am dedit illis. puta cornelio et sibi adiunctis: sicut et nobis q̄ credidim⁹ in dñm ihm xp̄m: Utriusq; em contulit deus dona gr̄atie. gr̄atis facientis. et gratis date / tis ut dictū est aplis in amplioris plenitudine p̄fectionisq; gradu. sortiti sunt ea: Ego quis eram qui possē phibē deū / a gentiliū horū visitatione. q̄ dicat. Hoc puritatis mee non fuit.

/: dicentes quare introisti ad viros p̄putū habentes. et manducasti cū illis

ꝙm potius caritatis id requirit. ut de illoz gr̄a gratularer: Hijs auditis tacuerūt et glorificauerūt deū. idest glorioſū. mirabilem. liberalē. liberi miq; esse in operibus suis profitentes. Ergo et pēnitēciā. r gr̄am loci. tēpus pēnitendi ded⁹ & gen⁹ / quas tam diu reliquit in suis erro ribus: ad vitā / gr̄ae obtinendā in seculo isto. vitamq; glorie in futo. Recitatis gestis quorūdā p̄piorū fideliū salicz aplorū et diaconorū. p̄sequit quēdā de factis inferiorū discipulorū: Et illi quidē / discipuli: qui dispersi fuerūt / de ihrūsalē: a tribulatione que facta fuerat sub stephano / a iudeis lapidato. quam isti deo inspirante fugerūt: pambu lauerūt usq; ad fenicem / occidentalem videlicz p̄uinciā: syrie et cy pri / Cyprus quandoq; est nome regionis que est in insula maris. q̄nq; nomen urbis / metropolis regni illi⁹: Et anthiochiā. Nemini loquentes verbū nisi solis iudeis / quib⁹ primo annunciandū fuit euangelium xp̄i. Postea aute p̄dicauerūt et gentib⁹ agnito q̄ petrus conuertisset gentiles: Erant aute quidā ex ipis viri cy prii et cyrenei. r de cypro et cyrene ciuitate sic dicti. quos aliqui putāt fuisse natione gentiles. sed ad xp̄m conuersos. et primo ad iudaismū. deinde ad xp̄m. Alij opinantur q̄ nati fuerint ex iudeis per loca illa dispersis: Cum aute introissent anthiochiam. loquebant ad gentes. r gentiles illic morantes /: annunciantes dñm ihm / esse mūdi saluatorem: et erat manus. r auxilium dñi cū eis / Multusq; numerus

credentiū / per p̄dicationē ustoꝝ: con
uersus est ad dñm. Peruenit autē
sermo ad aures ecclie que erat ihero
solimis / super istis negotijs et fidei
mouimentis / in iherosolimitana nāq;
ecclia antistes fuit tunc iacobus. et
apl̄i comuniter ibi erant. Secreto dis
cipuli intimauerūt eis profectum
fidei in aliorū conuersione: Et misērunt
barnabā usq; ad anthiochiā / vt
conuersos plenius informaret. con
fortaret. consolaret: ac regeret;
Qui cū venisset. et vidisset gratiam
dei / virtuosā fidelium conuersationē
et dona gratiarū in eis: gauisus est
sīm qđ caritas dei et p̄ximi exigit
vt de dei veneratione. et proximoꝝ
salute quilibet gloriet̄ur: Et hortaba-
tur omnes in p̄posito cordis p̄manē
in dño / vt essent in bono cepto sta
biles. Qui enī p̄severauerit usq;
in finem saluus erit / Hinc prima
ad chorinth̄ vltimo monet apl̄us /
Stabiles estote et immobiles. abundā
tes in opere dñi semp. scientes q̄ la
bor / nō est iānis in dño / Inconstā
cia autē mentis magna est ipfectio
mulierebreq; vicii / imo et quedam
fatuitas. Stultus enī mutat̄ vt
luna. Ppterea scriptū est etc̄. Vt
Esto firmus in via dñi / et in veri
tate sensus tui: Quia erat vir
bonus / plenus. imo devotus
et p̄fectus / deo subdit̄. / Et ple
nus spū sancto / donis. virtutibꝫ
ꝑ infusis: et fide / Ita q̄ habuit
fidem sīm statū p̄fectū. Vtpote
tū variorum credentiū et puri
tate mentis / intelligentia / unde
fides hic accipi potest. non vt est virtꝰ
sed fructus videlicꝫ eminens quedam
fidei certitudo / sic quippe inter fructus
spūs ab apl̄o coputat̄: Et apposita /
.r. mente applicata seu deuota: est
turba multa dño / in anthiochia p
barnabe p̄dicatione / ꝓter eos de quoꝝ
conuersione p̄dictū est / Profectus
est aute tharsū ut quereret saulum
Ad hanc enī vrbem ut patuit. pau
lus a iherosolimis venit. que barna
bas inquisiuit. vt eius fultus auxi
lio. plures deuoueret. et conuersos
efficacius gubernaret: Que cū
inuenisset p̄duxit anthiochiam /
et ānū totum .r. p integrū annum /
: conuersati sunt in ecclia / mē fideles
: Et docuerūt turbam multā. ita
ut cognominarent primū anthiochie
Discipuli xp̄iani / .r. conuersi ad xp̄m.
qui primo generali nomine dicebant
Discipuli. Ibidem ꝓpter egru multitu-
ceperūt xp̄iani a xp̄o capite suo atq;
magro vocari. Cumq; ipletū est
illud ysaie. 62. Deuocabis nouos voca
bit dñs nōie alio in quo qui benedicto
est sup terrā benedicet̄ in deo amen
Hic tamen nō dicit̄. an nominabā
ista sit institutio a fidelibus. ex iuda
ismo conuersis. uel ex gentilitate
credentibus. an forte ab infidelibus.
qui nouā sectam consurgē et auctori
mirantes. a xp̄o dño suo eos appel
lauerint xp̄ianos / In scolastica
vero hystoria dicit̄. q̄ a gentilibus
deuersos prodeunt institutio appella
tionis istius. quibus visū est sequa
ces xp̄i. xp̄ianos debeve vocari /
quēadmodū in sectis ꝓfanoꝝ discipuli

a magistris nomen spectabile arripuit
vt a platone platonici. In hys at
diebus supuenerunt a hierosolimis
prophete anthiochia / In primitiua
nacz ecclia multi fulserut spiritu
prophetico. sicut xpo aplo ex verbis
iohelis fuerat allegatu. In dieb9
illis. Sup seruos meos et ancillas
meas effundā de spū meo et pphe
tabūt: Duxerūt aute vnus ex eis
nome agabus / Qui ppter sancti
ōuentus reuerentia humiliter assur
rexit. stansq; locutus est: signifi
cabat p spm. x per reuelationem
spūs sancti pdixit: famem mag
nam futurā in vniuso orbe. que
facta est sub claudio ipatore
.a. iij°. āno ppetui eius. Et fuit
hec fames preualuit in iudea. ut in
eccliastica fertur hystoria: Discī
puli aute / existentes in anthio
chia: prout quisq; habebat / x
vnusquisq; iuxta sue modulu fa
cultatis: pposuerūt singuli / no
seorsū. sed oīs pariter: In misteriū
x ad vsus corporis necessarios:
mittere victualia / seu pecū ad eme
dū: habitantibus in iudea fratrib9
x xpianis. ibidem potissime in hie
rusalem cōmanentibus. qui tacz
inter ceteros pfectissimi. aplica
vita ducentes. omia sua in prin
cipio vendiderūt. et ante aplorū
pedes precio posito. in cōi. vita
pauperem ducere sunt ōtenti /
Postea vero ab infidelibus iudeis
fuerant spoliati qui aliquid adh°.
habebant. Hinc anthiochēm fi
deles et postea alii multi fecerunt
collectas quas sibi tribuū misericor
ditis. de qua re in epīs pauli
multa legunt. Fuitq; iustus vt
gentiles facti principes spiritualiū
bonorū iudeorū fidelium. de corpora
libus suis substantijs. recompensa
facerent eis tpe necessitatis / Qđ
et paulus pro munere reputans.
Si nos inquit vobis spūalia semi
namus. magnū est si carnalia vra
metamus: Qđ et fecerūt / boni
positū effectū celeriter mancipā
tes. et malū inopie prementes.
: mittentes ad seniores / qui in ecclia
illa ihrlm ceteris pfuerūt ac pro
uiderūt: per manus barnabe et
pauli / qui eam nuncij fide dig
nissimi / Miserūt itaq; et contulit
quilibet iuxta qđ habuit. iplentes
illud thobie. c°. Quo potueris ita
esto misericors / si multū tibi fuerit
abunditer tribue. si aute exiguū
libenter ipartiri stude / Itaq; in
articulo necessitatis. etiā filij pa
rentibus thesaurizare seu prudere
tenent. Hec ista prouisio obuiau
verbo xpi dicentis. Nolite sollicīti
esse de crastino. siquidē verbis ill
moderata cura nō ordinata pru
dencia inhibet. nec tēptandus
est deus. sz pertalis humano mod
quatū congrue fieri potest. est or
diuendū /

Exposicio capli xij. Eodem tpe Herodes xij.

Eodem tpe de quo in fine
precedentis capli dictū est
Misit herodes rex / filios aristobuli

filn herodis ascalomite. cui ⁊ tpe
natus est xpūs. qui herodes etiam
pater fuit herodis antipe. a quo
iohannes baptista ortusus est. et
xpūs in passione illusus. ¶ Porro
herodes de quo nunc sermo. inter
fector iacobi aplī a iosepho vocat
agrippa. habuitq; filiū nomine
agrippā. qui ei successit in regno
de quo infra habet. ¶ Manus
x virtutem sui exercitus: vt affli
geret quosdā de ecclia / primitiua
x aliquos xpianos: ¶ Occidit at
iacobū fratrē iohannis gladio /
x occidi fecit ante dies azimor
¶ Videns aut quia placeret iudeis /
incredulis ortusio iacobi /: appo
suit apprehendere et petrū / tuq;
capitaneū xpianorū. ut amplius
placeret iudeis: ¶ Erant autem
dies azimor / x paschalis festi
uitatis. quando iudei septe diebus
azimis panibus vescebantur.
infra quos dies iudei no facilitter
aliquē occidebāt: ¶ Quē ei cop
hendisset misit in carcerem tra
dens quatuor quaternionibus
militū custodiendū / ¶ Dicit cen
turio appellat qui centū preest
militibus. ¶ta quaternio qui qua
tuor militibus preest / ¶ Dicit
sub hinc quatuor quaternionibus
erant sedecim milites. ac per
hoc viginti simul fuerunt per
custodes carcerē / ¶ Comisit
eum tam multis custodiā petri
ne aliqua arte effugeret. qua
herodes no ignorauit multa
mirabilia facta fuisse a petro
ideo caute fecit eū seruari. sicut et
iudas de ihu dixit iudeis. ducite eū
caute. ne ⁊ vobis e manibus elabat
: Volens post pascha eū producere
populo / iudeorū. vt occideret. ad
voluntatē eorū: ¶ Et petrus quide
seruabat in carcere. Oratio autem
fiebat sine intermissione ab ecclia
ad deū pro eo: quia magis neces
sarius fuit ecclie. tanq̄m princeps
aplorū. et eminentior in operibus
miraculor: ¶ Cū autem productus
ei esset herodes x populo presenta
turus ad mortē: In ipa nocte / diem
quo hoc facere voluit patente:
Erat petrus dormiens inter duos
milites. vinctus catenis duabus /
et custodes ante ostiū custodiebāt
carcerem / Unde constat eū sic
custoditū / q̄ humana via neq; sine
industria nequiuit effugere: ¶ Et ecce
angelus dñi astitit. et lumē reful
sit in habitaculo / Angelus cum
splendido vultu apparens carcere
illustrauit / solus tm petrus illud
lumen aspexit miraculose id deo
patiente. ne et alii illud viderent
: Percussoq; latere petri. excitauit
eum dicens. Surge velociter ¶ Et
ceciderunt catene de manibus eius
angelo eos dissoluente: ¶ Dixit at
angelus ad eū. precingere x calce
te / Vt ait scolastica refert historia
ex verbis bede. petrus deposuit
omnem curā suā p̄ molestia carceris /
vt tunica tota pedes demissa te
perare t singulis noctis / Quo dat
exemplū deuotis. q̄ tpe tempestatis
molestie atq; angustie magne hic
at

eis aliquid de ꝓpositi ſui rigore laxare. ſnſup ſcḋm cassianū. ꝙm helyas et petrus cingulis usi leguntur. monachi in deſertis cingul vtebant: Et calcea te calceus tuas. r calciamenta tua indue. Dicit ꝙ aliqui. ꝙ caligi genus ſit calciamenti nō habentis corrigiū ſup pedem. quod quidā vocāt ſandalia. mutat autē caligā i alia ſignificatione accipi ſolet: Et fecit ſic. Et dixit illi. Circūda tibi veſtimētū tuū. et ſequere me. Et exiens ſequebatur eū. .b. angelū: et neſciebat quia verū eſt. r aliquid reale: qđ per angelū fiebat. .b. eductio eius de carcere: Extimabat autē ſe viſū videre. r ōia ibi putabat in ymaginaria viſione ſibi monſtrari nō realiter exhiberi. Ex quo apparet ꝙ nō plenarie vigilant ſi ipſi, aliqui ſuāt in ſompno ſurgunt et ꝓcedūt. Tranſeuntes autē primā et ſecūdā cuſtodiā. r cuſtodes per duo loca diuiſos. ſecundum ordines ꝓtectos ordinibus. Ex omni eā parte adhibuerūt cuſtodiam ne aliqua induſtria petrus euaderet. Cuſtodes autē fuerūt ſōpno oppreſſi. aut tali cecitate paſſi. quali ſyri regis ſyrie sub heliſeo. aut alio ſimili nō detinebant ne petrus egrediente ſentiret aut ꝓhiberent: Venerūt ad portam ferreā. que putat fuiſſe materio carcerū atq; exteriorē: que ducit ad ciuitatem. ihēruſalem. Ex quo elicit ꝙ carcer extra vrbē fuit. aut in exteriori eius parte. que vltro aperta eſt eis. poteſtate diuina atq; angelica. Nam et angelicis ſpiritibus. materia corporalis obedit. quo ad motū locale. Et exeuntes. per ferream portā proceſſerūt vicū vnū. vrbē intrando. Et cōtinuo diſceſſit angelus ab eo. repente diſparens: Et petrus ad ſe reuerſus. r compos mentis effectus. et viſione plenarie vtens dixit: Nunc ſcio vere. et experimentaliter. quia miſit dñs angelū ſuū. et eripuit me de manu herodis. et de omni expectatione plebis iudeorū. In omib⁹ vtique petrus ſtilo armato et elegāti. et frequēti difficili. ſempq; ſententioſo. Conſiderandū. quomodo eſſet eductus. et vbi nunc eſſet quove diuerteret. Venit ad domū marie matris iohānis. qui cognominatus eſt marcus. fuitq; conſobrinus barnabe. nō marcus euangeliſta. Vbi erant multi congregati. mente et corpore tā quā deuotiſſimi. Et orantes. inter cetera pro petri liberatione. Pulſante autem eo ianuam puella nomine rode. Et ut cognouit vocē petri. pre gaudio non aperuit ianuā. cupiens fœminea feſtinatione. letū rūmorem ſuis inſinuare. Sed intus gaudens. nuntiauit petri ſtare ante ianuam. Et illi dixerunt. Inſana. tanquā illuſa et in viſione poſita. Hoc dixerunt attendēdo ad naturalem vtiq; potentiā. per quā impoſſibile videbatur

r dicta Vrige

qđ dicebatur : Illa aute affirmabat sic se habere. Illi aute dixerunt. angelus eius est / Ex hoc loco atq; ex alijs multis probat. quelibet hoiem habere angelū sanctū custodem. qui etiā visibilem apparent in specie eoꝝ quibus sūt deputati / : Petrus aute pseuerabat pulsās / more eoꝝ. qui educti clam de captiuitate. nō libenter diuitant extra domū / : Cū aute aperuissēt ostium viderūt eū et obstupuerūt / Viso tam miraculoso effectu. et causā nondū scientes / Annuens aute eis manu vt tacerent / ne eoꝝ strepitu et clamore gaudioso petri presentia paterētur. et miraculum cū silencio modeste aduerterent : / ; Narrauit quō dns eduxisset eū de carcere. p angelū ; Dixitq; nūciate iacobo .ō. epō xpianoꝝ in ihrlm : et fratribus hec / vt sciat se exauditos. et deo gr̄ias agant atq; letent in dno / : Et egressus de ihrlm / eadem nocte : abiit in aliū locū : Facto aute die / quo herodes deuenit ppto producere petrū / Erat nō parua turba inter milites quid nam factū esset de petro .r. quomō abisset / Timebant aute ne herodes tali pena eos afficeret. quali petrū afficere cogitauit : Herodes aute cū requisisset eū .ō. petrū : et nō inuenisset : nā et porte seu ianue apte custodite fuerāt fuerūt. vt credit. cū hoc de porta ferrea apte dicatur : Inquisitione facta de custodibus .r. diligenti suspitatq; ab eis quomodo petrus euasisset : iussit eos adici .r. carceri manci pari. vel. duci. vt alqui textus habent .r. sibi presentari ad pūmiendū eos de negligencia : non tñ nocuit eis postea aut deuenit dnō prudente. ne petri exercitio fieret alīs mortis occasio. herodes em fuit morte prematurus. ut subditur / : Descendens q; a iudea in cesaream palestine / sidō hēq; que sunt tyro. et sydoni pximqua / : ibi moratus est / Ad debellandū aduersarios suos ciuē hanc urbē morantes / videlicz tyrios et sydonios / Hinc subdit : Erāt aute irati tyrijs et sydonijs : At illi vnanimes venerūt ad eū / vt ei reconciliarent. quasi resistere nō valentes : Et psuaso / .r. informato / : blasto qui erat sup cubiculum regis / .r. cubicularius eius : postulauerunt pacem / per blastū qui loquebat pro eis : eo q; alerent regiones eoꝝ ab illo : .r. de bonis terre herodis. quia angustie erat eoꝝ prouincie. nec poterant tam vicini regis inimicitias ferre / ; : Statuto aute die .r. ab herode psixo. ad loquendū tyrijs et sydonijs : Herodes vestitus veste regali. sedit pro tribunali / ad faciendū sententiam : Et concionabat ad eos .r. blandis ornatis. egregijs verbis locutus est eis / : Populq; aute acclamauit herodi : dei voces et nō hoīs .r. diuinis promijs nō humanis eū laudabant. assurgentes ei diuinitate quandā. et

laude. deo solumodo debita: Con
festim ante prauit eū angelus dñi
i nitus plagauit. videlicet q̄ uisio
ventris dolore: eo q̄ho dedisset
honorem deo/ p̄onia sibi blasphe
manter assc̄pta. spernendo. seq̄
q̄ uiliando. et deo vero talia assti
bendo: Et consūptus a vermib9
qui nitui eū odebant. putrescen
tibus carnibus eius: expirauit
Infra quinq̄ dies sc̄z iosephum:
Verbū aut dñi crescebat et mul
tiplicabat/ idest herode fidei ip̄se
auctore ostēso. euangelica p̄dicatio
ubiq̄q̄ diffundebatur. et
plurimi conuertebant: Barna
bas aut et paulus reuersi sut
anthiochiā ab hiēsolimis exple
to ministerio/ r allatis ibi elemo
synis seu collectis ab anthiochia
nis. sicut in fine p̄cedentis capi
tis scriptū est/: Assūpto iohāne qui
cognominatus est marcus/ de quo
isto articulo dictū est/

Quadrago capti xm. Finit aute Articulus xm. v.

Erant aut in ecclesia
que erat anthiochie
p̄phete et doctores/
quēadmodū scribit ap̄lus. 1 p̄mi
tua ecclia fuerūt diuersa dona
gratiarū/ iuxta illud p̄ma ad cor
inthi. 12. Quos dā posuit deꝰ
in ecclia primo ap̄los. deinde p̄phe
tas. tertio doctores. Itaq̄ p̄phete
vocati sut p̄p reuelationē futo
rū. doctores p̄p meditationē scriptu
rū/ populoꝝ informationē. p̄teritoꝝ
enarrationem. Potest quoq̄ eos de
referri. Nam quidā eoꝝ p̄phete
erant pariter et doctores: Ut ibi
barnabas et symon qui vocabat
niger/ Ad distinctionem symonis
petri. Et dictus est niger. uel
a colore. si niger sumatur latine.
Vel quasi ascendens a virtute &
in virtute. si niger sit nomen he
breū. Niger em̄ uirissim nomen
